

Antología del Latín Cristiano y Medieval

Introducción y textos

José Martínez Gázquez - Rubén Florio
Coordinadores





Editorial de la
Universidad Nacional del Sur

E-mail: ediuns@uns.edu.ar



Red de Editoriales
Universitarias Nacionales

Antología del latín cristiano y medieval : introducción y textos /
coordinado por
José Martínez Gázquez y Rubén Florio - 2a ed. - Bahía Blanca :
Universidad Nacional del Sur - Ediuns, 2006.
251 p. | 23x18 cm.

ISBN 987-1171-38-2

1. Literatura Latina. I. Martínez Gázquez, José, coord. II. Florio,
Rubén, coord.
CDD 870

ISBN-10: 987-1171-38-2
ISBN-13: 978-987-1171-38-5

Errata: Corresponde 1ra. edición mayo 2006

Queda hecho el depósito que establece la ley 11.723
Impreso en la Universidad Nacional del Sur - Bahía Blanca - Argentina
Mayo 2006



Exlibris de la *Summa de astronomia* de Pedro Gallego. Horóscopo para el
día 1 de mayo de 1273. BNM ms 8918 folio 56v.

José Martínez Gázquez - Rubén Florio
(coordinadores)

ANTOLOGÍA DEL LATÍN CRISTIANO Y MEDIEVAL

Introducción y Textos

J. Martínez Gázquez - C. Ferrero Hernández
Universtat Autònoma de Barcelona

R. Florio - M. Garelli - N. Iglesias - E. Zaina
Universidad Nacional del Sur



Universidad Nacional del Sur



**Universitat
Autònoma
de Barcelona**

Universitat Autònoma de Barcelona

Bahía Blanca - Argentina - 2006

UAB PREI 2008 José Martínez Gázquez

ÍNDICE

0.- INTRODUCCIÓN

1.-INDICE GENERAL

9.-CULTURA FILOSÓFICO-CIENTÍFICA

9.1.-TEXTOS MORALIZANTES

9.1.1.*Physiologus*. (N. I.)

9.1.2.-Gregorio Magno. *Moralia in Job*. (R. F.)

9.1.3.-*Tabula exemplorum secundum ordinem alphabeti*. (M. G.)

9.2.-ENCICLOPEDIAS (J. M. G.- C. F.)

9.2.1.-La tradición enciclopédica. Isidoro. *Etym*.

De medicina.

De mathematica.

De astronomia.

9.2.2.-Hrabano Mauro. *De naturis rerum*.

De minutis animantibus.

9.2.3.-Bartolomé Ánglico. *De proprietatibus rerum*.

Praefatio.

9.2.4.-Vincent de Beauvais. *Speculum Maius*.

Liber decimus octauus, cap. I.

De opera sexta diei: et primo de animalibus.

9.2.5.-Alberto Magno. *Liber aggregationibus seu liber secretorum*.

De uirtutibus quarundam herbarum

De uirtutibus quorundam lapidum.

9.2.6.-Guillermo de Biterris. *Informatio Guillelmi de Biterris scholaribus suis.*

Prologus

Quomodo debet esse bene habere cameram

Patiens debet esse bene coopertus

De sirupis

9.2.7.-Juan Gil de Zamora.

9.2.7.1-*Historia Naturalis*

De abiete arbore

De abeston

De ardea aue

9.2.7.2.-*Contra Venena*

Contra pediculos

De remedio contra basiliscum

9.3.-HERBARIOS (J. M. G.- C. F.)

9.3.1.-Walafridus Strabo: *Hortulus.*

De rosa

9.3.2.-Un herbario farmacéutico medieval.

Heerba bonifatia

Herba instanutia

Herba faba inuersa

9.4.- Lapidarios. (J. M. G.- C. F.)

9.4.1.-Marbodo. *Liber lapidum*

Incipit.

9.5.-CÓMPUTO Y CALENDACIÓN. (J. M. G.- C. F.)

9.5.1.-Beda: *Liber de temporum ratione.*

Praefatio

9.5.2.-Monje Oliba: *Epistula de ciclo paschali.*

De Domenico Die Paschae

9.6.-ASTRONOMIA (J. M. G.- C. F.)

9.6.1.- *Liber de significatione cometarum.*

Ad sciendum quid est cometa

*Ad sciendum ex quo fiunt comete et stelle currentes et
cuisus figure sunt*

9.6.2.-Campano de Novara. *Theorica planetarum.*

Tractatus de Luna.

9.6.3.-Pedro Gallego. *Summa de Astronomia.*

Incipit

9.7.-EL CONCEPTO DE CIENCIA (J. M. G.- C. F.)

9.7.1.-Domingo Gundisalvo. *De scientiis.*

Prologus

10.-TRADUCCIONES (J. M. G.- C. F.)

10.1.-DEL GRIEGO AL LATÍN:

10.1.1.-Textos patrísticos. Burgundio de Pisa. *De comentatione Ihonannis
Chrisostomi supra Euangelium Sancti Iohannis Euangeliste.*

Prologus.

10.1.2.- Textos hagiográficos. *Barlaam.*

Prologus

Epilogus

Cap. XXVII

10.1.3.-Textos científicos. *De mulieribus affectis.*

Praefatio

10.2.-DEL ÁRABE AL LATÍN

10.2.1.-Textos apologéticos. *El Corán*

10.2.1.1.-Primera traducción del *Corán*. Robert de Ketton.

Prefatio

Azoara Prima

10.2.1.2.-Prefacio a la edición trilingüe del *Corán*. Juan de Segobia.

Prefatio.

10.2.2.-Textos científicos.

10.2.2.1.-*Calendario de Córdoba*.

Incipit.

10.2.2.2.-Apéndice redactado por los discípulos de Gerardo de Cremona a la traducción del *Pantegni* de Galeno.

10.2.2.3.- Avicena, *Liber Canonis*.

De diuisione dispositionum corporis humani et de generibus egritudinum

10.2.2.4.-Abusalt, *De medicinis simplicibus*.

De medicinis simplicibus mundificantibus sanguinem.

Capitulum 9.-pp. 192-218 (J. M. G. y C. F.)

CULTURA FILOSÓFICO-CIENTÍFICA.

En el ámbito de esta antología, “cultura filosófico-científica” no pretende dar una definición exacta de los conceptos que abarca esta expresión, sino solamente englobar en ella un grupo de textos latinos medievales, principalmente hispánicos, referidos a filosofía moral, ciencia natural y técnica, entendidos con la mayor amplitud, como lo eran en la época medieval.

9.1.-TEXTOS MORALIZANTES

9.1.1.*Physiologus.*

9.1.2.-Gregorio Magno. *Moralia in Job.*

9.1.3.-*Tabula exemplorum secundum ordinem alphabeti.*

9.2.- ENCICLOPEDIAS

La visión obligadamente sintética que se ofrece en los correspondientes apartados de los aspectos científicos, recogidos en la *Antología*, no debe verse falta de una mínima perspectiva cronológica en la que entender, en unos casos, cierta dependencia, evolución en otros, o simplemente yuxtaposición en el tiempo, cuando la difusión de las ideas y los progresos eran más lentos y encontraban numerosas dificultades. El hilo conductor que nos guía es intentar seguir, al menos en alguna medida, los hitos más representativos de la diversa recepción que tuvieron las ideas desde el mundo clásico y, a su vez, los condicionantes que sobre ellas ha tenido cada momento histórico, político o religioso, por ejemplo.

BIBLIOGRAFÍA: Est.: L' enciclopedia Medievale, ed. Michelangelo Picone, Ravenna, 1994.

9.2.1.- LA TRADICIÓN ENCICLOPÉDICA.

ISIDORO DE SEVILLA

(570- 636)

Partiendo de Isidoro, recopilador de la cultura antigua y correa de transmisión a la Edad Media, se irán organizando todas las demás enciclopedias medievales, siendo así el puente entre los antiguos y los modernos, entre el saber pagano y el cristiano; y su magisterio le será reconocido por todos los enciclopedistas.

Escribe M.C. Díaz y Díaz: “La personalidad y actividad singulares de Isidoro de Sevilla no se comprenden sin tener presentes la circunstancias concretas en que se mueve su vida y su

obra. Resueltamente hay que decir que casi todas las producciones isidorianas responden a unas necesidades, y a unas exigencias, de la época en que vive el obispo de Sevilla” (p.7)

La gran obra de Isidoro, la que le dio fama y prestigio durante siglos y aquella con la que se le identifica todavía hoy, son las *Etimologías*. En esta vasta enciclopedia se encuentran reunidos, bajo los lemas de vocablos usuales o infrecuentes, todos los campos del saber antiguo explicados mediante la justificación de los términos que los designan. Quería con ello, según deja entender Braulio de Zaragoza, proceder a "una restauración de las doctrinas y testimonios de los antiguos". Consiguió, sin duda, que la recopilación que había efectuado tuviese inmensa difusión y que "el esfuerzo de síntesis, el planteamiento del conjunto y no el juicio pormenorizado sobre cada uno de los lemas de la enciclopedia" (p. 99) fuesen lo que produjo un gran impacto en la Edad Media.

BIBLIOGRAFÍA: Ed. *Isidori Hispalensis Episcopi Etymologiarum siue Originum libri XX*. Ed. W.M. Lindsay. Oxford. (1911) 1971. Est.: J. Oroz Reta y M. Marcos Casquero, *San Isidoro De Sevilla, Etimologías*, texto latino, versión española y notas, introducción general por M. C. Díaz y Díaz, Madrid 1982.

DE MEDICINA

I. *DE MEDICINA*¹. Medicina est quae corporis uel tuetur uel restaurat salutem: cuius materia uersatur in morbis et uulneribus. Ad hanc itaque pertinent non ea tantum quae ars eorum exhibet, qui proprie Medici nominantur, sed etiam cibus et potus, tegmen et tegumen. Defensio denique omnis atque munitio, qua [sanum] nostrum corpus aduersus externos ictus casusque seruat.

III. *DE INVENTORIBUS MEDICINAE*. Medicinae autem artis auctor ac repertor apud Graecos perhibetur Apollo. Hanc filius eius Aesculapius laude uel opere ampliavit. Sed postquam fulminis ictu Aesculapius interiit, interdicta fertur medendi cura; et ars simul cum auctore defecit, latuitque per annos pene quingentos usque ad tempus Artaxerxis regis Persarum. Tunc eam reuocauit in lucem Hippocrates Asclepio patre genitus in insula Cos.

V. *DE QUATTUOR HUMORIBUS CORPORIS*.² Sanitas est integritas corporis et temperantia naturae ex calido et humido, quod est sanguis; unde et sanitas dicta est, quasi sanguinis status. Morbi generali uocabulo omnes passionis corporis continentur; quod inde ueteres morbum nominauerunt, ut ipsa appellatione mortis uim, quae ex eo nascitur, demonstrarent. Inter

¹ El libro que trata sobre las cuestiones de medicina, el libro IV en la ordenación actual de las *Etimologías*, está ausente en algunos manuscritos antiguos y en algunos casos, como otras partes de la obra, aparece aislado como obra independiente en algunos códices. En resumen de Díaz y Díaz (p. 214) "con las *Etimologías*, Isidoro se ha propuesto resolver al hombre culto medio las dudas que le plantea un conjunto de vocablos no usuales, cuyo interés reside en que representan momentos de una cultura, bíblica y grecolatina a la vez, que ahora le atrae y en la que reconoce la base y principio de su propia cultura". Isidoro añadió a la presentación de las ciencias del Trivium y el Quadrivium la consideración de la medicina, siguiendo las obras médicas de Sorano, traducidas por Celio Aureliano. De hecho las principales ideas expuestas por Isidoro se pueden seguir en ellas.

² La teoría de los cuatro humores del cuerpo se presenta ampliamente en la medicina de Galeno, pero igualmente parece seguir aquí Isidoro la formulación del Pseudo-Sorano.

sanitatem autem et morbum media est curatio, quae nisi morbo congruat, non perducit ad sanitatem. Morbi omnes ex quattuor nascuntur humoribus, id est, ex sanguine et felle, melancholia et phlegmate. Sicut autem quattuor sunt elementa, sic et quattuor humores, et unusquisque humor suum elementum imitatur: sanguis aerem, cholera ignem, melancholia terram, phlegma aquam. Et sunt quattuor humores, sicut quattuor elementa, quae conseruant corpora nostra. Sanguis ex Graeca etymologia uocabulum sumpsit, quod uegetetur et sustentetur et uiuat. Cholera Graeci uocauerunt, quod unius diei spatio terminetur; unde et cholera, id est, fellicula, nominata est, hoc est, fellis effusio. Graeci enim fel χολην dicunt. Melancholia dicta eo quod sit ex nigri sanguinis faece admixta abundantia fellis. Graeci enim μελαν nigrum uocant, fel autem χολην appellant. Sanguis Latine uocatus quod suauis³ sit, unde et homines, quibus dominatur sanguis, dulces et blandi sunt. Phlegma⁴ autem dixerunt quod sit frigida. Graeci enim rigorem φλεγμονην appellant. Ex his quattuor humoribus reguntur sani, ex ipsis laeduntur infirmi. Dum enim amplius extra cursum naturae creuerint, aegritudines faciunt. Ex sanguine autem et felle acutae passionem nascuntur, quas Graeci οξεα uocant. Ex phlegmate uero et melancholia ueteres causae procedunt, quas Graeci χρονια dicunt.

LIB. III DE MATHEMATICA

I.- MATHEMATICA⁵ Latine dicitur doctrinalis scientia, quae abstractam considerat quantitatem. Abstracta enim quantitas est, quam intellectu a materia separantes uel ab aliis accidentibus, ut est par, impar, uel ab aliis huiusmodi in sola ratiocinatione tractamus. Cuius species sunt quattuor: id est Arithmetica, Musica, Geometria et Astronomia. Arithmetica est disciplina quantitatis numerabilis secundum se. Musica est disciplina quae de numeris loquitur, qui inuenitur in sonis. Geometria est disciplina magnitudinis et formarum. Astronomia est disciplina quae cursus caelestium siderum atque figuras contemplatur omnes atque habitudines stellarum. Quas disciplinas deinceps paulo latius indicamus, ut earum causae competenter possint ostendi.

LIB. III. DE ASTRONOMIA

XXIV. DE ASTRONOMIA NOMINE. Astronomia est astrorum lex, quae cursus siderum et figuras et habitudines stellarum circa se et circa terram indagabili ratione percurrit.

XXVIII. DE ASTRONOMIA RATIONE. Astronomiae ratio modis plurimis constat. Definit enim quid sit mundus, quid [sit] caelum, quid sphaerae situs et cursus, quid axis caeli et poli, quae sint climata caeli, qui cursus solis et lunae atque astrorum, et cetera.

³ *suauis* = *Etym.* 11, 1,122 Isidoro emplea un juego de palabras *sanguis* - *suauis*.

⁴ Cf. *Etym.* 4, 6,7; Plinio *N. H.* 20,24. Phlegma es la palabra que se aplica al fuego, al calor, a la llama y, por derivación, a una inflamación en sentido médico, aunque a veces se aplique al humor; cfr. Paladio 8,6,2; Vegetio *Mul.* 3,19.

⁵ Isidoro recoge la doctrina de los antiguos acerca de los números dejando de lado los aspectos prácticos y presentando su inserción como elementos del mundo creado por el Supremo Hacedor. Sigue la teoría de los números de Nicómaco de Gerasa probablemente a través de Boecio que la había traducido e incorporado a su obra.

LXXI. DE NOMINIBVS STELLARVM, QVIBVS EX CAVSIS NOMINA ACCEPERVNT⁶. Sol appellatus eo quod solus appareat, obscuratis fulgore suo cunctis sideribus. Luna dicta quasi Lucina, ablata media syllaba. De qua Vergilius (*Ecl.* 4,10):

Casta faue Lucina.

Sumpsit autem nomen per deriuationem a solis luce, eo quod ab eo lumen accipiat, acceptum reddat. Stellae dictae ad stando, quia fixae stant semper in caelo nec cadant. Nam quod uidemus [e] caelo stellas quasi labi, non sunt stellae, sed igniculi ab aethere lapsi; qui fiunt, dum uentus altiora petens aethereum ignem secum trahit, qui tractu suo imitatur stellas cadentes. Nam stellae cadere non possunt: immobiles enim, ut praedictum est, sunt, et cum caelo fixae feruntur. Sidera dicta, quod ea nauigantes considerando dirigunt ad cursum consilium, ne fallacibus undis aut uentis alibi deducantur. Quaedam autem stellae idcirco signa dicuntur, quia ea nautae obseruant in gubernandis remigiis, contemplantes aciem fulgoremque eorum, quibus rebus status caeli futurus ostenditur. Sed et omnes homines ea intendunt ad praeuidendas aeris qualitates per aestatem et hiemem uernalemque temperiem. Ortu enim uel occasu suo certis stationibus temporum qualitatem significant. Signorum primus Arcton, Iouis nutricem; cuius posteriorem partem corporis in effigiem piscis ideo formauerunt, ut pluuias eiusdem temporis designarent, quas solet idem mensis plerumque in extremis habere. Porro Aquarium et Piscem ab imbris temporum uocauerunt, quod hieme, quando in his signis sol uehitur, maiores pluuiiae profunduntur.

9.2.2.-

HRABANO MAVRO (780-856)

Nace en Maguncia, y aún siendo monje en el Monasterio de Fulda, del que llegó a ser abad, formó parte del grupo de intelectuales de que se rodeó Carlomagno. Fue alumno de Alcuino de York, quien le dio el sobrenombre de Mauro. Llegó a ser arzobispo de Maguncia, donde murió.

Sigue la misma línea de compilación que ya había iniciado Isidoro, y con un propósito de exégesis bíblico redacta *De naturis rerum*, llamado también *De uniuerso*, que tiene como objetivo fundamental proporcionar a los clérigos un discurso apropiado para la predicación a los fieles. Es, por tanto, Hrabano Mauro el puente que se establece entre la obra de Isidoro y la de los enciclopedistas más notables del s. XIII, que se verán más adelante. (Véase 3.1.9)

BIBLIOGRAFÍA: Ed.: *De Naturis Rerum*, PL. 107-112. Est.: *Hrabanus Maurus. Lehrer, Abt, Bischof*. Ed. R. Kottje und H. Zimmermann. Mayance 1982.

⁶ Las fuentes clásicas inspiradoras de estas ideas sobre los astros son diversas. Oroz-Casquero señalan: *Sidus*: Paulo Festo 37, 4 y Prisc. *Gram. Lat.* 2, 174,19 K. *Triones*:: Varrón, *L.* 7, 74. *Iugulam*: Varrón *L.* 7, 50. *Hyades*: Cic. *Nat.*2, 111. *Pliades-Vergiliae*: Ampel. *Liber mem.*3, 2; Plin. *N. H.* 18, 273. *Canis*: Cic. *Nat.*2, 114. Faeton no consta si lo ha tomado de Higino o Cicerón. *Gemini*: Varrón, *R.* 2,1.

DE MINVTIS ANIMANTIBVS

Mus pussillum animal Grecum illi nomen est, quicquid uero ex eo trahit Latinum fuit. Alii dicunt mures quod ex humore terrae nascentur. Nam mus terra unde et humus terra his in plenilunio iectur crescit sic quedam maritima augentur quae rursus minuent e luna deficiunt. Sorex Latinum est eo quod rodatur et in modum serie precipitatur. Antiqui autem soricem sauricem dicebant sicut et clodum claudum. Mustela dicta quasi mus longus nam telum a longitudine dictum. Haec ingenio subdola in domibus ubi nutrit catulos suos transfert mutatque sedem, serpentes etiam et mures persequitur. Duo autem sunt genera mustellarum. Alterum enim siluestrum est distans magnitudine quod Greci ictidas uocant. Alterum in domibus oberrans, falso autem opinantur qui dicunt mustellam ore concipere aure effundere partum. Mustella est furti figura ut in Leuitico demonstratur. Talpa dicta quod sit damnata cecitate perpetua tenebris. Est enim absque oculis semper terram fodit et humum egerit et radices subter frugibus comedit. Mistice autem mures significant homines cupiditate terrena hinniantes et predant de aliena substantia subrapientes. Mustela uero eos per figuram demonstrat qui ingenium naturale subdolo malicie polluunt et totam uitam suam in insidiis et fraudibus ducunt.

Talpa ergo quae cecitate perpetua damnata est aut idola significat caeca surda et muta aut etiam ipsos idolatros qui ignorantia et stulticia tenebris semper errant, de quibus in Esai scriptum est: Vt adoretis talpas et uespertiliones hoc est caeci cecos coluant de quibus alibi scriptura dicit: Similes illis fiant qui faciunt ea et omnes qui confidunt in eis. Aut etiam hereticos siue falsos Christianos per figuram demonstrat quoniam sicut talpa absque oculis semper terram fodit et humum egerit et radices sub frugibus comedit. Sic et ipsi uerae scientiae lumine priuati terrenis actibus incumbunt et desideriis carnis et inlecebris uoluptatum deseruiunt radicesque bonorum operum in quibuscumque possunt dente malitiae conrodere et subuertere conantur.

Glires dicti sunt quae pingues eos efficit somnus. Nam gliscere dicimus crescere hieme enim tota dormiuit et immobiles quasi mortui iacent tempore aestiuo reuiuiscunt. Isti eos significare possunt qui torpore pigritiae mutiles fiunt et laborare utiliter nolunt. De qualibus scriptum est: Propter frigus piger arare noluit mendicabit ergo aestate et non dabitur ei. Quia qui nunc otiosus tempore presentis uitae torpescit frustra in die iudicii quando tempus est messis mendicabit quae caelestis uitae gaudia nullo modo cum iustis habebit.

9.2.3.-

BARTOLOMÉ ÁNGLICO

(+1272)

Perteneciente a la orden franciscana, sobre Bartolomé solo hay referencias fragmentarias; concretamente en la *Chronica Fratris Jordani*, escrita por Giordano de Giano, menciona que Bartolomé es lector en teología, en 1230, en el *studium* de los franciscanos en

París. La crónica de Giordano hace otra mención a Bartolomé el Inglés, o Ánglico, diciendo que fue elegido ministro provincial de Saxo en 1262, cargo que debió ocupar hasta 1272. Por su parte Adam de Salimbene lo menciona, en una crónica realizada en torno a 1284, diciendo que el autor del *De proprietatibus rerum* había sido lector en París. Adam conoce bien esa obra de la que nos dice que está contenida en diecinueve libros. Hay pocos datos sobre la fecha de composición de su obra. Entre los autores contemporáneos citados se hallan Juan de Saint-Gilles y Ricardo Rufus de Cornouailles, cosa que permite datar la obra después de 1240, y antes de 1250, ya que no se cita ni a Thomas de Cantimpré, ni a Alberto Magno ni a Vincent de Beauvais. Otro dato más para la datación de la obra es el hecho de que aparece una larga cita del libro VII, extraída línea a línea de la obra *Summa fratris Alexandri*, obra compilada por Juan de la Rochelle, alumno de Alejandro de Halès, y completada por franciscanos sobre 1245.

La obra se organiza según un sistema cosmogónico descendente: Desde Dios, que es el origen y el centro del universo, se van enhebrando los diversos tratados sobre los ángeles y el alma, el cuerpo humano, el cielo, los meteoros y los pájaros; el agua y los peces; la tierra y los animales terrestres. Concluye en el último tratado realizando un estudio sobre colores, sabores, números, en una suerte de libro misceláneo.

Bartolomé Ánglico fue un punto de referencia importante para los demás enciclopedistas medievales, sobre todo Tomás de Cantimpré, Vincent de Beauvais y en último término Juan Gil de Zamora. Tuvo además la fortuna de ser traducido a las lenguas modernas, así, muy pronto, al francés en el s. XIV, al castellano en el XVI.

BIBLIOGRAFÍA: Ed. *Bartholomeus Anglicus, De proprietatibus rerum*, Francofurti, 1601. Trad. Francesa: *Le Livre Des Propriétés Des Choses. Une encyclopédie au XIVe. siècle*. (Tr. par Jean Corbechon). Intr. mise en français moderne et notes par Bernard Ribémont. Paris, 1999.

PRAEFATIO

Cum proprietates rerum sequantur substantias, secundum distinctionem et ordinem substantiarum: erit ordo et distinctio proprietatum, de quibus adiutorio diuino est praesens opusculum compilatum. Vtile mihi et forsitan aliis, qui naturas rerum et proprietates per sanctorum libros nec non et Philosophorum dispersas non cognouerunt, ad intelligenda aenigmata scripturarum, quae sub symbolis et figuris proprietatum rerum naturalium et artificialium a Spiritu Sancto sunt traditae et uelatae, quemadmodum ostendit beatus Dionysius in Hierarchia Angelica, circa principium dicens: “Non est aliter nobis possibile lucere diuinum radium, nisi uarietate sacrorum uelaminum **anagogice** circumuelatum. Quoniam impossibile est animo nostro ad immaterialem coelestium hierarchiarum ascendere contemplationem, nisi ea, quae secundum ipsum est, materiali manuuctione utatur, et cetera quasi diceret. Non potest animus noster ad inuisibilia contemplationem ascendere, nisi per uisibilia considerationem dirigatur: Inuisibilia enim Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur, ut dicit Apostolus.

Et ideo Theologia prouide sacris et poeticis informationibus usa est, ut et rerum uisibilium similitudinibus allegoricae locutiones et mystici intellectus trampsumptiones formentur, et sic carnalibus et uisibilibus spiritualia et inuisibilia coaptentur”. Huius rei gratia praesens efficio opusculum ad aedificationes domus Domini, qui est Deus gloriosus, sublimis et benedictus in secula seculorum. In quo agitur de quibusdam proprietatibus rerum naturalium, quarum alia est incorporea, alia corporea. Et primo de substantia incorporeae secundum sui differentias, quarum alia est corpori unibilis, ut anima rationalis, sensibilis et uegetabilis. Alia non unibilis corpori, ut angelus. Et angelorum alii sunt boni, alii mali. In bonis uero angelis est ordo secundum trinam multiplicatione Trinitatis. Vnde a beato Dyonisio distinguuntur tres hierarchiae coelestes, quarum qualibet trium ordinum continet dispositiones. Nouendecim itaque sunt de quibus in hoc opusculo adiuuante deo per ordinem agendum est, et hoc tam in communi atque in speciali. Primo igitur de Deo et nominibus diuinis, quae dicuntur de Deo, uel quod essentiam, uel personam, siue quo ad effectum siue appropriationem. Secundo de proprietatibus angelorum tam bonorum, quam malorum in generali et speciali. Tertio de proprietatibus Animae rationalis, **quod naturae siue simplicitatem, et quo** ad uiarium suarum diuersitatem, et de eius unione et operatione in corpore, pro ut confert ei formam et perfectionem. Quarto de proprietatibus substantiae corporeae, scilicet, de Elementis et elementaribus qualitatibus, ex quibus componitur omne corpus, et de quatuor humoribus ex quibus componantur corpora tam hominum quam brutorum. Quinto de hominis corpore et singulis eius partibus, de quibus sacra scriptura facit mentionem, Sexto de aetatibus. Septimo de de infirmitatibus et uenenis. Octauo de mundo et corporibus celestibus. Nono de tempore et partibus temporis. Decimo de materia et forma earumque proprietatibus et elementis. Vndecimo de aëre et passionibus eius. Duodecimo de aibus in generali et in speciali. Tertiodecimo de aquis et eius differentiis et ornatu, scilicet de piscibus. Quatordecimo de terra et eius partibus. Quintodecimo de prouinciis. Decimosexto de lapidibus et metallis. Decimoseptimo de herbis et plantis. Decimoctauo de animalibus. Decimonono de accidentibus, scilicet de coloribus, saporibus, et cetera. In istis nouendecimis libellulis rerum naturalium proprietates summatim et breuiter continentur, pro ut ad manus meas spicae quae effugerunt manus metentium, pertingere potuerunt. In quibus de meo pauca uel quasi nulla apposui, sed omnia quae dicuntur de libris authenticis sanctorum et philosophorum, excipiens sub breui hoc compendio, pariter compilauit, sicut per singulos titulos poterit legentium industria experiri.

9.2.4.-

VINCENT DE BEAUVAIS

(+ 1264)

Vincent de Beauvais, de la Orden de Santo Domingo, fue viceprior del convento de los dominicos en Beauvais, y posteriormente lector de la abadía cisterciense de Royaumont.

Relacionado con el círculo de la realeza, concibe un proyecto sobre teoría política: *Opus uniuersale politicum*, del que tan sólo se conocen los tratados: *De eruditione filiorum nobilium*, sobre la educación de los hijos de la nobleza, y *De morali principis institutione*, tratado sobre la conducta del príncipe. Se conservan, asimismo, otras obras de carácter teológico y moral.

Es más conocido por ser el autor de la mayor enciclopedia de la Edad Media. En el contenido de esta obra confluye la herencia de Isidoro de Sevilla, el movimiento naturalista de los ss. XII-XIII y las novedades científicas llegadas al mundo cristiano gracias a las traducciones medievales del griego y del árabe. Esta enciclopedia, el *Speculum maius*, gozó de gran difusión y prestigio hasta el movimiento de la Ilustración. Es una obra estructurada en cuatro partes; las tres primeras, *Speculum Naturale*, *Doctrinale*, *Historiale* debieron ser compiladas entre los años 1240 y 1250. La cuarta, el *Speculum morale*, parece un añadido posterior. El propósito de la obra es organizar y difundir todas las áreas del conocimiento, utilizando fuentes antiguas y modernas, para ayudar a una mejor comprensión del dogma cristiano, así como para servir de ejemplo en las buenas costumbres. Procede por acumulación de información tomando todas las fuentes posibles (autores antiguos, paganos y cristianos), completando todos los puntos de vista que llevan a resaltar su propósito personal. La enciclopedia no se limita a ser una obra meramente compilatoria, e incorpora además los presupuestos del método científico, dotándola de un referente indispensable para el conocimiento de su época.

La temática de estas tres partes se organiza como sigue:

Speculum naturale, compuesto por 32 libros, expone, según el orden de la creación, la naturaleza de las cosas y del hombre, el alma y el cuerpo.

Speculum doctrinale, lo componen 17 libros y está dedicado a las ciencias y a las artes, mediante las que el hombre encuentra parte de los bienes perdidos por culpa del pecado original, es decir el *triuium* y el *quadriuium*.

Speculum historiale, desarrolla en 31 libros las gestas de los hombres, que buscan la salvación desde la creación hasta el juicio final. El discurso de la obra llega hasta 1254.

BIBLIOGRAFÍA: Ed.: *Vincentius Bellovacensis, Speculum Quadruplex*, Duai M DCXXIV,(Reimpr. Graz, 1965). Est.: S. Lousignan- M. Paulmier- Foucart- A. Nadeau, ed, *Vincent de Beauvais: intentions et réceptions d' une oeuvre encyclopédique au Moyen Âge*, Saint- Laurent-Paris, 1990.

LIBER DECIMVSOCTAVVS, CAP. I: DE OPERA SEXTA DIEI: ET PRIMO DE ANIMALIBVS.

Guilhelmus de Conchis. Piscibus itaque et aibus effectum superiorum ex aqua creatis, ubi fuit tenuior aqua ex istorum creatione, et superiorum calore est desicata. Sed superficies terrae, quae ex superposita aqua erat lutosa ex calore bulliens diuersa animalium genera ex se creauit. Et si qua ex parte dominabatur caliditas ignis: inde cholericum nata sunt animalia, ut leo. Si

frigiditas terrae, melancholica, ut bos. Si aquae phlegmatica, ut porci. In orientali quippe regione est factum. Est enim caeteris regionibus temperatior. *Comestor.* Ornatis ergo cunctis superioribus mundi partibus, id est, caelo, et aere, et aqua: tandem sexta die ornauit Deus infimam partem, id est, terram, producens ex ea tria genera animalium, scilicet, bestias, reptilia, iumenta. Sciens Deus hominem per peccatum casurum: in poenam laboris dedit ei iumenta ad opus uel ad esum. Reptilia uero et bestiae sunt ei in exercitium. Sed quaeritur de his et aliis nociuis animantibus, utrum creata sint nociua primo mitia, postea facta sint nociua. Respondetur quod primo creata sunt mitia, sed post peccatum facta sunt nociua homini tribus de causis, scilicet, propter hominis punitionem, correctionem, instructionem. Punitur enim homo cum laeditur ab his, uel cum timet laedi, quia timor maxima poena est. Corrigitur his, cum scit ista sibi accidisse pro peccato suo. Instruitur etiam admirando opera Dei, magis, scilicet, admirans opera formicarum quam onera camellorum, ut cum uideret homo haec minima sibi posse nocere, recordaretur suae fragilitatis et humiliaretur. Forte diceret aliquis quod quaedam animalia laedunt alia, qui nec inde puniuntur, nec corriguntur uel instruuntur. Sed etiam in his instruitur homo per exemplum, quia ad haec creata sunt, ut aliis sint in esum. Sed forte obiiciet quod etiam in mortuos homines seuiunt. Ac per hoc instruitur homo, ne aliquod genus mortis horrescat, quia per quoscumque transeat meatus, nec capillus de capite eius peribit.

CAP. II DE PECORIBVS IN GENERALI. Auctor. Priusquam assignemus animalium terrestrium naturam, singulorumque membrorum anatomiam in generali conuenit, ut de singulis per se generibus ac singulorum generum speciebus disseramus in speciali more nostro, secundum ordinem alphabeti. Illud enim ad praesens propter fastidium longitudinis euitandum, utique praeterimus et sequenti opere diligentius atque diffusius prosequendum reseruamus. Nunc ergo de illis generibus, quae praecipue in adiutorium hominis facta sunt, id est, de pecoribus et armentis, quos etiam ob causam iumentorum nomine Scriptura appellat, exordium capiamus. *Isidor. lib. 12.* Pecorum nomen accomodari proprie his animalibus solet, quae sunt aut ad uescendum apta, ut oues et sues, aut in usus hominum commoda, ut equi et boues. Generaliter tamen omne animal pecus a pascendo uocatur. Iumenta autem dicta sunt, eo quod labores hominum uel onera iuuent: uel subuectando uel arando. Item et armenta, uel quod sint armis apta, id est, bello, uel quod his homines utuntur. Alii armenta tantum boues intelligunt ab arando dicta, quasi aramenta, uel quod sint cornibus armata: discrecio autem est inter armenta et greges. Nam armenta equorum et bouum sunt. Greges uero ouium et caprarum. *Plin. lib. 9.* Pecus potu pinguescit et ideo sal est illis aptissimum. *Idem in lib. 24.* Onera pomorum a iumentis statim sentiuntur ac nisi prius ostendatur eis, quamuis pauca ilico sudant. *Solinus.* Armenta gentis garamantum obliquis ceruicibus pabulantur. Nam si recta ad pastus ora dirigant, oficiunt prona ad humum cornua obnixa. *Valer. Max. De gestis et dictis memorabilibus lib. I* In Cephalonia insula, cum omnia ubique pecora usu aquae quotidie recreentur, in ea pecudes maiore ex parte anni ore aperto ex alto uentos recipientes, sitim suam extinguunt.

9.2.5.-

ALBERTO MAGNO
(1200-1280)

Perteneciente a la Orden de los Predicadores, realizó estudios en Padua y Colonia. Fue el primer alemán en obtener el título de *magister Theologiae*, en la Universidad de París. Realizó una intensa actividad como intelectual escolástico, tal como enseñar en el *studium* dominico de Colonia, y como obispo de Ratisbona, predicador de la Cruzada en los países de lengua alemana. Su figura fue biografiada desde finales del s. XIII.

Su obra, que parte de la interpretación de las obras naturales de Aristóteles, es inconmensurable y abarca numerosos campos. Su fama se muestra tan sólida que se le atribuyen varias obras, de carácter apócrifo, basadas en ésta que presentamos, *De uirtutibus herbarum, lapidum et animalium quorundam*, dedicada a glosar las virtudes de plantas, piedras y animales, y que gozó de gran éxito. Estas obras de carácter apócrifo contribuyeron a propagar la leyenda de Alberto como *Magnus in magia*.

En los capítulos seleccionados podemos resaltar el elemento empírico y el encantamiento, que figuran como un rasgo constante del desarrollo de la obra.

BIBLIOGRAFÍA: Ed.: *Liber Aggregationis Seu Liber Secretorum Alberti Magni De Virtutibus Herbarum, Lapidum et Animalium Quorundam*. Amstelodami 1655. Est.: L. Thorndike, *History of Magic and Experimental Science*, New York, 1923. T. II, 517-592.

LIBER PRIMUS. DE VIRTUTIBVS QUORVNDAM HERBARVM

Duodecima herba a Chaldaeis Colorio, uel Coloricon, a Graecis Clamor, a Latinis Saluia communiter est nuncupata. Haec autem herba putrefacta sub fimo in uase uitreo procreat quendam uermem uel auem habentem caudam in modum merulae, de cuius sanguine si tangatur aliquis in pectore emittet sensum per quindenam et plus. Et si predictus serpens comburatur et ponatur cinis in igne statim fiet ipsis tonitruum horribilis. Et si praedictus pulvis ponatur in lampade et accendatur, uidebitur quod tota domus serpentibus repleatur. Et hoc est expertum a modernis.

Tertiadecima herba a Chaldaeis Olphanas, a Graecis Hilirion, a Latinis Verbena dicitur. Haec autem herba, ut referunt Magi, collecta sole existente in signo Arietis et coniecta cum grano Peoniae unius anni caducos a malo morbo curat. Et si ponatur in terra pingui, post octo septimanas generabuntur uermes, qui si aliquem tetigerint, statim morietur. Et si praedictum ponatur in columbario, omnes columbae congregabuntur ibi. Et si pulvis illorum in sole ponatur, uidebitur quid sol sit liuidus. Si autem pulvis ponatur in loco ubi homines habitant, uel iacet inter duos amantes, statim sit lis uel malitia inter eos.

LIBER SECVNDVS. DE VIRTUTIBVS LAPIDVM QVORVNDAM.

Si uis scire utrum mulier tua sit casta accipe lapidem qui magnes uocatur. Est autem ferrugine coloris et inuenitur in mari Indico et aliquando in partibus Theutoniae, in illa prouincia quae Francia orientalis uocatur. Suppone ergo lapidem hunc capiti mulieris, et si casta est, ipsa maritum amplexabitur, si autem non statim cadet e lecto. Ad hoc autem si lapis iste ponatur super carbones in quattuor angulis domus, dico tritus et super carbones sparsus, dormientes fugient aedes et relinquent totum et tunc possunt fures respicere totum quod uolunt.

Si uis ut aqua bulliens statim exeat manu immissa, accipe lapidem qui Topasion uocatur, a Topasi insula, uel quia auri similitudinem protendit, et sunt duae species. Una est omnino similis auro et pretiosior est. Alia species est crocea magis sensibilis coloris quam si aurum et haec est uilior. Expertum autem est in nostro tempore quod si in aqua bulliente mittatur, defluere facit, quod statim manu immissa extrahitur, et hoc fecit unus de fratribus nostris Parisiis. Valet etiam contra emorrhoeicam et stimaticam uel lunaticam passionem.

9.2.6.-

GUILLERMO DE BITERRIS

(† 1322)

Guillermo de Biterris o Guillem de Béziers, es miembro de la tercera generación de la Escuela de medicina de Montpellier, donde se forma. Sobre su biografía tenemos noticias gracias a la documentación encontrada en el Archivo de la Corona de Aragón. Viaja por varias ciudades del territorio catalán, siempre a petición del rey Jaime II, a cuyo servicio estuvo durante muchos años.

Tras la creación del Studium Generale Ilerdense, se nombra a Guillermo de Biterris como promotor general de los estudios médicos: *regens in medicina in generali studio Ilerdensi*, (1301) cargo para el cual fue posiblemente recomendado por Arnau de Vilanova, a quien había conocido en Montpellier, compuso para los estudiantes un breve compendio de medicina práctica, del que presentamos los primeros *items*.

BIBLIOGRAFÍA: Ed. y Est.: M. Mcvaugh, J. Martínez Gázquez, L. García Ballester (†), “Guillem de Béziers and His *Informatio scholaribus suis*” *History of universities*, vol. XVIII/ 2. Oxford, 2003.

<INFORMATIO GUILLELMI DE BITERRIS SCOLARIBUS SUIS>

Incipit informatio quam fecit magister Guillelmus de Biteriis scholaribus suis.

<PROLOGUS>

Quia tempus est eundi ad practicam, et uos scolares nouissimi ut plurimum lucrabimini in febrium curatione, ideo ad informationem uestram uolo aliquantulum loqui de practica, quamuis illa que dicam in libris inueniantur, disperse tamen.

<QVOMODO DEBET PATIENS HABERE CAMERAM>

Dico ergo quod, cum medicus uocatur ad curam febrium ardentissimarum, quia ad illas uocatur ut plurimum, quod in principio ipse debet habere patienti cameram subterraneam que portam et

fenestras habeat uersus septentrionem, si possit. Si non possit, debet artificialiter cameram infrigidare cum foliis uitium et salicis et rosis, que colligantur de mane ante ortum solis, antequam aer sit supercalefactus. Et debet tenere in camera ollas siue urnas plenas aqua dulci frigida, quia illa sunt principalia in cura et ideo bene est miser qui eas negligit.

<PATIENS DEBET ESSE BENE COOPERTVS>

Item. Nota quod patiens debet esse bene coopertus, quia si discooperitur, pori opilarentur et non possent euaporari fumi et uaporis.

<DE SIRVPIS>

Item. Nota quod medicus debet succurrere patienti cum sirupis, et nota quod in apotheca communiter septem sirupi inueniuntur, quorum unus est julep, qui fit ex aqua et pane zuccare et est multum securus in febre ardente. Alter sirupus est uiolaceus. Alter est rosaceus, et quartus est nenufarinus, quintus est acetosus, sextus est oxizacra, septimus est de papauere.

9.2.7.-

JUAN GIL DE ZAMORA (1245-ca.1310)

El enciclopedismo en la Corte de Castilla está representado por el franciscano Iohannes Aegidius Zamorensis. Este tendrá su primera formación en la provincia de Santiago, circunscripción que destaca por su gusto por los conocimientos de las *quaestiones naturales*, suscitado gracias al conocimiento que se tiene en el momento de la obra de Aristóteles. Viaja a París por la década de los años 60-70, donde obtiene su doctorado en Teología, y donde también ampliará su conocimiento de las nuevas corrientes naturalistas que se han propagado por Europa. Asimismo establece vínculos con otros franciscanos notables de su época.

A su regreso a la Corona de Castilla, tendrá un destacado papel tanto por sus contactos con la Corte, como por su labor intelectual. Autor de numerosas obras, entre otras *De praeconiis Hispanie*, que se encuadra en el género de los *Specula principum*. En otro orden de cosas, intenta emular las grandes enciclopedias que se han producido en Europa, tomando como punto de referencia las más conocidas y más cercanas a él en el tiempo, tales son las obras de Bartolomé Ánglico, Thomas de Cantimpré, y Vincent de Beauvais, obra que le será el referente más cercano.

9.2.7.1.-HISTORIA NATVRALIS

Este es el título que da a su obra enciclopédica, que intenta ser una recopilación de todos los saberes de su época. La organización del material lo realiza *secundum ordinem alphabeti*. De la obra solo han llegado hasta nosotros los epígrafes de la letra A y los índices de la B, y aun siendo en apariencia escaso lo conservado, nos da una idea de lo que pudo haber sido la obra del franciscano, pues acumula saber y conocimiento, usando el método compilativo,

y son tan completos estos epígrafes que la edición que manejamos se nos ofrece en tres gruesos volúmenes. Es posible que la obra no pudiera ser acabada debido a la ambición del proyecto. En la edición se incluye un *Liber de animalibus*, que aumenta y desarrolla algunos de los epígrafes de la *Historia Naturalis*

Una de las novedades que aporta con respecto a sus fuentes es la moralización alegórica de piedras preciosas y animales, que por otra parte tienen tanta tradición en la literatura cristiana, por influencia del *Fisiólogo*. Según nos indica el mismo autor en el proemio de su obra:

(...) *omne datum optimum nature et omne donum gratie et omne lumen glorie ab una abisso est, que abissus Christus est.*

Insertamos los siguientes fragmentos extraídos de su enciclopedia: sobre el abeto, en relación al mundo vegetal, sobre la piedra abeston, reino mineral, y sobre la garza, reino animal.

BIBLIOGRAFÍA: Ed.: A. Domínguez García y L. García Ballester, *Johannes Aegidius Zamorensis, Historia Naturalis*, Salamanca, 1994. Est.: J. Martínez Gázquez, “Moralización de los animales en Juan Gil de Zamora”, *Micrologus*, VIII, I, Il mondo animale. Firenze, 2000, 237-259. Id. “Moralización de las piedras preciosas en la *Historia Naturalis*”, *Faventia*, 20/2, 1998, 177-186.

DE ABIETE ARBORE

Sicut autem abies est expers terreni humoris, ita et status religionis. Et sicut abies habet plurimum raritatis, ita ut status paupertatis. Et sicut in abiete reperitur equalitas, ita et in iusto iudice iudicii equitas. Sicut etiam abies propter sui unctuositatem et gumositatem ab igne materiali faciliter inflammatur, ita et anima, deuocionis gracia impinguata, mirabiliter inflammatur, cum eidem ignitum diuinum eloquium predicant.

Et sicut abies in structuris domorum materialium est utilis propter suam rectitudinem, quia paruam uel nullam habet obliquitatem, ita et anima et rectitudine iusticie fundata necessaria et utilis semper est ad construendam causarum spiritualium ueritatem. Et sicut abies uelificationi nauium aptatur, ita et anima sancti uiri per paciencia armatur ad tolerandum fluctus persecucionum temporalium pacienter. Malus enim fit ex abiete et ei uelum apponitur, quo nauis uentorum impetu agitur usque ad portum, ita et rectitudo anime, per uelum paciencie appositum, dum tribulacionibus seculi concutitur, ad portum dirigitur salutarem.

DE ABESTON LAPIDE⁷

Sicut autem abeston lapis in oculis hominis est ferrei coloris, ita et in oculis Numinis consciencia peccatoris. Et sicut abeston lapis, postquam incenditur, nunquam extinguitur, ita et peccatrix anima, postquam igne Sancti Spiritus stabiliter inflammatur et per donum perseuerantie in amore diuino radicatur, numquam ab amore diuino alicuius temptationis uentilabro separatur. Sicut **atuit** in beatissima Magdalena et in beatissimo patre nostro Francisco, qui primum per peccatum fuerunt ferrei coloris et frigidi; sed igne Sancti Spiritus preuenti, celestis coloris et feruidi sunt effecti.

Hunc autem feruorum amoris desiderabat beatus Agustinus dicens in libris *Confessionum*: O amor, qui semper ardes et numquam exstingueris, Deus meus, accende me. Quis dabit mihi ut uenias in cor meum et inebries illud, ut obliuiscar omnia mala mea et unum bonum amplectar te?. Da mihi te, Deus meus. Redde te mihi, te enim amo. Et si parum est, amem te ualidius. Non possum quantum mihi desit amoris ad id quod satis, donec currat uita mea in amplexibus tuis, nec auertatur, donec abscondar in abscondito uultus tui. Hoc tantum scio, quod male mihi est preter te. Et omnis copia, que Deus non est, egestas est.

Item, idem Agustinus in libro *De ciuitate Dei*: Quanto nunc desideramus ardencius, tanto eum intuebimus clarius. Quem quanto quis ardencius amat, tanto melior efficitur. Intus ergo sit amor tuus, non in superficie. In medullis sit, quod Christum deligas. Qui autem in superficie colit Deum, mercedem suam in laude hominum ponit. In secreto uult amari, in medullis cordis amoris accipit holocaustum. Solus quidem sine molestia amatur, cum iocunditate amplectitur. Qui amat non laborat. Vis non sentire laborem? Considera mercedem. Quidquid difficile est in precepto, leue est amanti, sicut abeston lapidi facile est in igne continuari ex quo semel incipit inflammari.

DE ARDEA AVE⁸

Ardea est auis uocata, quasi ardua, secundum Hysidorum decimo tercio libro *Ethimologiarum*, eo quod uolatus habet arduos, id est, altos; formidat enim ymbres et supra nubes euolat, ut procellas nubium sentire non possit. Cum autem altius uolauerit, significat tempestatem. Hanc multi tantalum nominat, secundum eundem Ysidorum.

⁷ “El abesto es la primera voz con que abre el libro (*Historia Naturalis*) Juan Gil y ya en esta primera realidad natural introduce su primera consideración moral. La cualidad del abesto de su resistencia a apagarse una vez encendido, conocida desde la antigüedad, lo que se recoge ya en su primera etimología, lleva a resaltar la fuerza con que el alma pecadora se aferra a Dios y ansía su vista y amistad, una vez que ha experimentado su perdón y vive la gracia de Dios y ansía su vista y amistad, una vez que ha experimentado su perdón y vive la gracia del Espíritu Santo. Ejemplos eximios de esta ansia de Dios por parte del alma arrepentida son María Magdalena y, para un franciscano como el autor, san Francisco antes de ser encendido por el fuego del Señor. Autoridad incontestable en la que apoya y refuerza sus consideraciones es San Agustín, acudiendo a citas de *Las confesiones* y *La ciudad de Dios*”; cf. J. Martínez Gázquez, “Moralización de las piedras preciosas...”, 183-184.

⁸ La garza real, *De ardea aue*, es ave ponderada por la altura de su vuelo. (...) Se compara al alma contemplativa por su capacidad y tendencia a elevarse por encima de las nubes, representación moral de la aspiración del alma a vivir más cerca de Dios y a buscar el placer de la dicha eterna. Cf. J. Martínez Gázquez, “Moralización de los animales en Juan Gil de Zamora”, *Micrologus*, 248.

Ardee uero contemplatiua potest anima comparari; quia, sicut in altum euolat ut ymbres fugiat, sic et ista semper alta, id est, celestia meditatur. Contemplacio namque nichil aliud est quam mentis in Deum suspense quedam supra se eleuacio, eterne dulcedinis gaudia degustans.

9.2.7.2.-CONTRA VENENA ET ANIMALIA VENENOSA

Se trata de una obra menor, encuadrada en el campo de los antidotarios. Utiliza la misma disposición del material que su enciclopedia, el orden alfabético, y en este caso se trata de un texto completo. Toma como fuentes primeras la obra de Vincent de Beauvais el *Speculum naturale*, así como el *Liber Canonis* de Avicena. La obra se centra en remedios contra venenos de toda índole: animal, vegetal y mineral. Hace especial hincapié en aquellos animales *minuta atque fastidiosa* (mosquitos, piojos, chinches...) que han sido creados por Dios como castigo y ejercicio para el hombre, según él mismo nos dice en el proemio de su obra.

Hemos seleccionado dos fragmentos representativos de esta polaridad, los piojos, por una parte, animales extremadamente molestos, y, para el hombre de la Edad Media, cotidianos, y por otra un fragmento sobre el basilisco al que dedica jugosas palabras, y en torno al que se ha generado una notable literatura, ya desde el Antiguo Testamento, como animal simbólico del mal, ya desde su propia generación *contra natura*.

BIBLIOGRAFÍA: Ed.: C. Ferrero Hernández, *Ioannis Aegidius Zamorensis Liber Contra Venena Et Animalia Venenosa*, Tesis doctoral. UAB, octubre 2002. Est.: M. de CASTRO, "El tratado *Contra Venena* de Fr. Juan Gil de Zamora O. F. M." *AIA*, segunda época n. 141, 1976.

CONTRA PEDICVLOS.

Pediculi sunt uermes cutis a pedibus dicti, secundum Hisidorum, uel a numerositate dicti, ut habetur ex *Libro de natura rerum*. Vnde subiungit quod hoc malum ex ipsa hominis carne creatur indubitanter et tamen inuisibiliter. Hos nonnulli de sudore hominis. Alii uero de poris et euaporationibus gigni dicunt. Vnde Constantinus, in Iº *Libro uiatici*: pediculi nascuntur in capite uel in toto corpore ex purgationibus quas natura eiciens considerare facit inter cutem et carnem. Fiunt autem de melancolia, magri et nigri; de flegmatico, albi; de sanguineo, rubei. Et in quibusdam lepram signant et cogitur per immetibilem quantitatem. Fiunt autem quibusdam ex sudore et sordibus uestium et capillorum. Aliquando ex crisi imperfecta; aliquando sunt de signis signantibus mortem. Fiunt mortem aliquando ex scabie, aliquando ex esu ficuum. Fiunt etiam aliquando in inguinibus et barba et asellis cancrrosis. Fiunt autem lendes ex materia simili et subtiliori, unde eadem est cura. Contra hos precipuum remedium esse dicitur frequens ablutio corporis in marinis aquis aut uehementer salsis. Vel argentum uiuum in oleo oliue diutius bullitum et zonam ex eo intinctam portare.

DE REMEDIO CONTRA BASILISCVM.

Basiliscus regulus seu rex serpentum interpretatur, secundum Hisidorum, eo quod olfatu suo eos necat et sibilo unde basiliscus sibilus appellatur, secundum Hisidorum. Cuius aspectus homines et etiam aues

uolantes conburit. Secundum Solinum extinguit herbas, necat arbores, corrumpit auras sputu pestilenti. Quot autem magno Alexandro molestias intulit, ex eiusdem historia patet. Basilisci cineres si in templo uel in loco alio reponantur nec serpentes ingrediunt, nec aranee texunt, nec aues inuolant, secundum Solinum et *Physiologum*. Hoc idem facit eiusdem in aliquo loco particula reseruata. Idem basiliscus interdum ex gallo nascitur sicut fertur. Quia gallus in etate decrepita facit ouum ex se, unde basiliscus procreatur. Sed in generatione hac oportebit ut multa concurrant. In fimo namque calido et multo ponit ouum, ibique fouet uice patris. Et post multum temporis exit pullus et inualescit sicut solent anatis pulli. Habet autem caudam ut coluber, residuum uero corporis ut gallus.

9.3.-HERBARIOS

9.3.1.-

WALAFRIDO ESTRABÓN

(809-849)

Walafrido Estrabón, ingresó de joven en el Monasterio de Reichenau. En el año 826 pasó al Monasterio de Fulda donde prosiguió su formación junto al gran maestro Hrabano Mauro. Posteriormente se trasladó a la Corte de Ludovico el Pío, donde fue preceptor del príncipe Carlos, el menor de los hijos del emperador. Vuelto a Reichenau en el año 838, fue nombrado abad del Monasterio. Murió en el año 849 en el curso de una visita al Loira en la Francia carolingia.

Desde joven cultivó la poesía, llegando a componer numerosos textos poéticos según indica una nota que se lee en un manuscrito de sus obras conservado en San Gall: “Versos de Walafrido Estrabón que publicó desde sus 15 años de edad sobre temas diversos”. Muchos de estos poemas estuvieron dedicados a los grandes personajes de su tiempo.

Su Liber de cultura hortorum siue Hortulus, compuestos en hexámetros, es su obra más refinada y trata del conjunto de las hierbas medicinales de que debe disponer el monasterio para sus necesidades terapéuticas. No ofrece un tratado sistemático de agricultura al modo de la literatura romana del género, sino sólo el modo de cultivo y el conocimiento de las propiedades de 23 plantas medicinales de uso directo que se deben plantar en el jardín del monasterio donde se debe efectuar tal cultivo.

La obra se presenta llena de vivacidad y observaciones prácticas, fruto de un gran conocimiento técnico, científico y la experiencia directa del cultivo y observación de las plantas.

Hemos seleccionado la descripción de la rosa ya que en ella se presenta la más bella entre las flores, y con conocidas virtudes medicinales, pero también con connotaciones míticas, bíblicas y culturales, en general, que muestran la amplia cultura de Walafrido, el monje de Reichenau. (Véase. 3.1.11)

BIBLIOGRAFÍA: Ed.: Walafrido Strabone, *Hortulus*, a cura di Cataldo Rocco, Palermo, 1979. Est.: H.-D. Stoffler, *Der Hortulus des Walafrid Strabo*, Sigmaringen, 1985. *Hortulus Walafrid Strabo*. Translated by Raef Payne. Pennsylvania, 1966.

LIBER DE CVLTVRA HORTORVM SIVE HORTVLVS.

XXVI- ROSA

Iam nisi me fessum uia longior indupediret
Scrupeus atque noui terreret carminis ordo
Debueram uiburna rosae pretiosa metallo

Pactoli et niueis Arabum circumdare gemmis.
Haec quia non Tyrio Germania tinguitur ostro,
Lata nec ardenti se Gallia murice iactat,
Lutea purpurei reparat crementa quotannis
Ubertim floris, tantum qui protinus omnes
Herbarum uicisse comas uirtute et odore
Dicitur, ut merito florum flos esse feratur.
Inficit hic oleum proprio de nomine dictum,
Quod quam saepe fuat mortalibus utile curis,
Nec meminisse potest hominum nec dicere quisquam.
Huic famosa suos opponunt lilia flores,
Longius horum etiam spirans odor imbuit auras,
Sed si quis niuei candentia germina fructus
Tribuerit, aspersi mirabitur ilicet omnem
Nectaris ille fidem celeri periisse meatu,
Hoc quia uirginitas fama subnixa beata
Flore nitet, quam si nullus labor exagitarit
Sordis et illiciti non fregerit ardor amoris,
Flagrat odore suo. Porro si gloria pessum
Integritatis eat, foetor mutabit odorem.
Haec duo namque probabilium genera inclyta florum
Ecclesiae summas signant per saecula palmas,
Sanguine martyrii carpit quae dona rosarum,
Liliaque in fidei gestat candore nitentis.
O mater uirgo, fecundo germine mater,
Virgo fide intacta, sponsi de nomine sponsa,
Sponsa, columba, domus regina, fidelis amica,
Bello carpe rosas, laeta arripe lilia pace!
Flos tibi sceptrigero uenit generamine Iesse,
Unicus antiquae reparator stirpis et auctor,
Lilia qui uerbis uitaque dicauit amoena,
Morte rosas tinguens, pacemque et proelia membris
Liquit in orbe suis, uirtutem amplexus utramque,
Premiaque ambobus seruans aeterna triumphis.

9.3.2.- UN HERBARIO FARMACEÚTICO MEDIEVAL, s. XIV

Dentro de la tradición de la farmacopea medieval destaca la producción de herbarios, que toman como referencia el *De materia medica*, de Dioscórides, y también la *Naturalis Historia* de Plinio. Isidoro a estos recetarios les da el nombre de *Dynamidia*, ya que explican su virtud respecto a las diversas dolencias. No hay que olvidar que la traducción al latín de textos médicos, también, tales como el *Pantegni*, de Galeno y el *Canon* de Avicena proporcionan un excelente conocimiento de la farmacopea en general, y de las virtudes de las plantas en particular.

En esta ocasión hemos recurrido a un herbario de carácter anónimo, producido en Italia, en el s. XIV, que se halla en la Biblioteca Universitaria de Pavía, *ms.104* del fondo Aldino.

Las recetas tienen en algunos casos una base más empírica que científica, sin apartarse de algunas creencias populares, que sin embargo recogen una tradición interesante. La ordenación primitiva del material de la obra, de un primitivo autor, se ve alterada al ir insertando otro autor, *a posteriori*, otras recetas que ha debido ir recopilando. El material se ve enriquecido por sinónimos de plantas. No se puede asegurar que los autores fuesen experimentadores de las recetas que dan, aun cuando intercalen comentarios del tipo: *Certum est, Probatum hoc experimentum...* Hay que recordar que el método compilativo que caracteriza este tipo de obras no tiene pudor al copiar las recetas sin omitir a veces comentarios previos de este estilo. Cita a los autores habituales, tales como Plinio, Galeno, Avicena, Razes, Avenzoar, Plateario, y también parece hacer referencia a Tadeo Alderotti, médico florentino del s. XIII y maestro de la escuela de medicina de Bolonia.

BIBLIOGRAFÍA: Ed.: T. Gasparini Leporace, G. Pollaci, S. L. Manfredi, *Un Inédito Erbario Farmaceutico Medioevale*, Firenze, 1952.

*HERBA BONIFATIA*⁹ (6)

Si esset aliquis qui haberet aliquod membrum fractum, uidelicet ossum, accipiat de ista herba et pistet cum aspongia castroni et emplastetur et ponatur emplastrum super feritam aut fracturam ossis, et saldabitur os uel uulnus.

Item si femina non posset concipere filium, comedat de foliis istius herbe per spatium quadraginta dierum, subito concipiet utendo marito suo. Item si quis habet linguam paganam, accipiat folia istius herbe et confricet linguam superius et inferius et subito curatur. Item si quis habet dolorem propter aliquam decensionem de alto, accipe de ista herba et fac puluerem et da ei bibere cum bono uino per spatium XV dierum, et liberabitur a dolore. Item si quis esset crematus, utatur ista herba et subito sanatur.

*HERBA INSTANTIA*¹⁰ (8)

⁹ *Ruscus hypophyllum*, L.

¹⁰ Hierba no identificada.

Si quis haberet gatarrum. Accipiat radicem istius herbe que sit colecta de mense iunii, die IIII lune, et ille qui coligit debet esse nudus uestimentis suis.

Accipe radice istius herbe, onzias tres pro qualibet uice, et mediam libram mellis et fac coqui in aqua tantum quod radis sit cocta per se, et si decrescit buliendo, iunge de aqua. Et quando est sic cocta, accipe et da sibi bibere de illa aqua ieiunio stomacho per spatium trium dierum, et erit sanus. Item ad sanandum malum yecoris uel splenis. Accipe de ista herba et da ei comedere, aut pulueritza et da ei bibere per spatium XV dierum, et sanabitur. Nascitur in praticis, uidelicet in terris domesticis.

*HERBA FABAE INVERSA*¹¹ (21)

Si esset aliquis qui non haberet bonum uisum. Accipe grana istius herbe, exprime si sunt recentia, et si non pone in bono uino et postea pistentur et accipe succum istorum granorum et pone in oculis; facit clarificare oculos et uidere. Accipe radicem istius herbe et unam branchatam salis et combure in uno testo et puluerem pone super uulneribus et subito sanabuntur uulnera et curabuntur.

¹¹ Ranunculus Ficaria, L.

9.4.- LAPIDARIOS

Ya desde los ss. IV-I a. C. se producen en el mundo griego tratados sobre las virtudes de las piedras; tienen gran aceptación y pronto son traducidos al latín, ampliando y enriqueciendo el material, tal y como sucede con los tratados sobre animales, como el *Physiologus*. Tanto Teofrasto como Plinio dedicaron una especial atención al tema, este último incluso menciona muchos nombres de autores de lapidarios.

Los lapidarios cristianos, o cristianizados, se divulgaron rápidamente. En ellos el texto lleva incorporada la exégesis, así lo vemos en Clemente de Alejandría, san Basilio, en el mismo *Physiologus*, en Beda y en Hrabano Mauro, quienes escribieron comentarios sobre las piedras con una intención médica simbólica. En la Edad Media, sobre todo a partir del s. XI, fueron considerados verdadera ciencia. El contenido de esos tratados es la descripción de las virtudes terapéuticas de piedras preciosas o semipreciosas. El origen de esta tradición debe provenir de Persia, donde se consideraba que las piedras poseían fuerzas magnéticas y que podían usarse para diversas enfermedades, según el color, la forma, el tamaño...

En este orden de cosas las obras más reconocidas son las de Alberto Magno y Marbodo, que comentamos a continuación.

9.4.1.-

MARBODO DE RENNES (1040/1045-1123)

Marbodo nace Angers, e ingresa en la escuela catedralicia de la ciudad en la que llegará a ser *magister scholarum*. En 1096 es consagrado obispo de Rennes, por el Papa Urbano II. Autor de varios poemas y de vidas de santos, así como un tratado de retórica, después de su tarea episcopal, parte al monasterio de San Albino de Angers, donde muere.

Marbodo representa el nacimiento y auge de las escuelas catedralicias. Excelente y reconocido poeta, es el autor del *Liber lapidum*, de alta significación alegórico-mística. Hay que señalar que no se trata, pues, de un tratado científico, ni pseudocientífico con incursiones en el mundo de la magia, como tantos que se propagaron en la época, sino que tomando las piedras, Marbodo elabora una composición poética simbólica, como muy bien explica en el fragmento seleccionado.

BIBLIOGRAFÍA: Ed. PL, 1737-1739^a. Est.: R. Halleux- J. Shamp, *Les lapidaires grecs*, Paris, 1985. L. Thorndike, *Hystory of Magic and Experimental sciences*, New York, 1923, t. II. J. M. Riddle, *Marbode of Rennes. De lapidibus*, Wiesbaden, 1977.

INCIPIT LIBER LAPIDVM AVCTORE MARBODO EPISCOPO REDONENSI.

Gemmis a gummi nomen posuere priores,
Quos translucere gummi splendentis ad instar.
Nominis sed lapidis species signatur utroque;
Propter quod Lapidum titulo liber iste notatur.

Euax¹² rex Arabum legitur scripsisse Neroni,
Qui post Augustum regnavit in Vrbe secundus,
Quot species lapidum, quae nomina, quique colores,
Quaeue sit his regio, uel quanta potentia cuique.
Hoc opus excipiens dignum, componere duxi
Aptum gestanti forma breuiore libellum,
Qui mihi praecipue, paucisque pateret amicis;
Nam maiestatem minuit qui mystica vulgat,
Nec secreta manent, quorum fit conscia turba.
[Hunc tribus, ut multum, dandum sancimus amicis.]
Qui numerus sacer est qui secreta Dei seruando decenter honorant,
Quos grauitas morum, uitae commendat honestas.
Occultas etenim lapidum cognoscere uires,
Quarum causa latens effectus dat manifestos,
Egregium quoddam uolumus rarumque uideri;
Scilicet hinc solers medicorum cura iuuatur.
Auxilio lapidum morbos expellere docta:
Nec minus inde dari certarum commoda rerum
Auctores perhibent, quibus haec perspecta feruntur.
Nec dubium cuiquam debet falsumue uideri,
Quin sua sit gemmis diuinitus insita uirtus.

¹² El lapidario llamado *Euax –Damigeron* es un tratado escrito en latín y trata sobre piedras grabadas, posiblemente relacionadas con la tradición mágica del Egipto helénico. Probablemente fue compuesto en Egipto, en época romana, y se muestra como una obra compuesta en dos momentos cronológicos diferentes. Contiene dos cartas dedicatorias, dos lapidarios astrológicos y la descripción de ochenta piedras. Las cartas están escritas, seguramente son ficticias, por Evax rey de Arabia al emperador Tiberio. La primera carta exhorta a guardar el secreto “del dios muy grande”. En la segunda se afirma que van a ser revelados los misterios de las piedras. Los tratados astrológicos ponen las piedras en relación con los signos zodiacales.

9.5.- CÓMPUTO Y CALENDACIÓN

Se ha escrito que la ciencia del cómputo es el compendio de la ciencia en la Edad Media. Ciertamente es la ciencia más extendida y en ella confluyen gran parte de las demás ciencias en el medievo. Escribió Dom A. Wilmart en *Studi e Testi* LIX, 1933, 19, que "sin el conocimiento de estos textos, toda una parte de la cultura medieval nos escaparía". Su objetivo principal, la determinación de la fiesta de Pascua, eje fundamental del año cristiano, la hace indispensable entre los monjes y eclesiásticos. El estudio del calendario eclesiástico forma parte de la formación integral de los monjes. La astronomía tiene una parte importante en el estudio del cómputo. Posibilita la fijación de las fiestas del calendario cristiano y además permite jugar con sus aspectos alegóricos.

Desde sus inicios la literatura patristica se había planteado esta problemática. San Isidoro la resume y la transmite posteriormente a los medios insulares irlandeses, desde los que Beda, les da nueva formulación. Beda, remontando a los orígenes en los primeros tiempos de los Padres de la Iglesia con raíces en la computística y calendación alejandrinas, difundidas en occidente por Dionisio el Exiguo, ofrece los métodos y reglas que prevalecen y con los que se opera a lo largo de toda la Edad Media.

BIBLIOGRAFÍA: J. Gómez Pallarés, *Studia Chronologica*. Estudios sobre manuscritos latinos de cómputo. Madrid 1999. *Códice de Metz. BNM 3.307. Una compilación medieval de cómputo y astronomía*. Introducción y traducción y notas de E. Montero Cartelle. Madrid 1996.

9.5.1.-

BEDA EL VENERABLE (672/673-735)

Nace en Northumbria y entra a los siete años en la abadía de San Pedro en Wearmouth. Muy pronto le será confiado al abad de San Pablo, en Jarrow, donde permanecerá toda su vida. Su obra se compone de escritos religiosos, históricos y científicos. Destaca por su preocupación didáctica, que le lleva a escribir obras sobre métrica y tropos, y sobre ortografía. Su obra más importante es *La historia eclesiástica del pueblo inglés*, en la que se describe la llegada de los sajones, el reparto de los reinos, y la expansión del cristianismo. En el s. IX se le da el sobrenombre de Venerable.

En la presente antología hemos incorporado un fragmento de su obra *Liber de temporum ratione*, obra en cuya composición, según confiesa el propio Beda en el prólogo, se siente deudor de la tradición. Beda, hombre de gran cultura e intereses, se entronca también en la tradición romana, y no en vano una de sus obras lleva el nombre *De natura rerum* que le liga a Lucrecio y Plinio el Viejo, a quienes ha leído en buena medida. Su concepción de la ciencia se enlaza igualmente con la interpretación alegórica de Marciano Capella y Macrobio. Aunque las

fuentes de sus muchas obras no son fáciles de precisar, conoce y extracta las obras de Isidoro, especialmente el *De rerum natura* y el *Liber etymologiarum*.

BIBLIOGRAFÍA. Ed.: Ch. W. Jones, *Beda's Opera De Temporibus*, Cambridge, Massachusetts, 1943.

LIBER DE TEMPORVM RATIONE

PRAEFATIO.

De natura rerum et ratione temporum duos quondam stricto sermone libellos discentibus ut rebar necesarios composui. Quos, cum fratribus quibusdam dare atque exponere coepissem, dicebant eos breuius multo digestos esse quam uellent, maxime ille de temporibus cuius propter rationem paschae potius uidebatur usus indigere¹; suadebantque mihi latius aliqua de temporum statu, cursu, ac fine disserere. Quibus concitus parens, perspectis patrum uenerabilium scriptis², prolixiorem de temporibus librum edidi prout ipso largiente potui qui aeternus permanens tempora quando uoluit constituit et qui nouit temporum fines immo ipse labentibus temporum curriculis finem cum uoluerit imponet.

9.5.2.-

MONJE OLIBA

(s. XI)

Como texto de cómputo eclesiástico propiamente dicho en su elaboración ordinaria por parte de los eclesiásticos presentamos un fragmento de la *Epistola de ciclo paschali* del monje Oliba de Ripoll (s. XI), quién, inspirándose en la obra de Beda, *De temporum ratione*, la obra de cómputo más difundida entre los eclesiásticos medievales, redacta de forma personal este "*argumentum*" sobre la localización del Día de Pascua. El sistema de redacción en "*argumenta*" es el más extendido en la difusión medieval de los conocimientos. Operan los tratadistas sobre un fondo común, del que cada uno presenta su redacción propia con añadidos o simplemente su fórmula particular.

BIBLIOGRAFÍA: Ed. Est.: J. Martínez Gazquez y J. Gómez Pallarès, "La 'Epistola de ciclo paschali' del monje Oliba de Ripoll". *Mittelalterliches Jahrbuch* 27, 1992, 103-140.

EPISTVLA DE CICLO PASCHALI OLIBAE MONACHI

¹ *Propter rationem paschae potius uidebatur usus indigere*. Explicitamente aduce aquí Beda la razón de estos estudios, a saber, la determinación de la fecha de celebración de la muerte y resurrección de Cristo, la pascua cristiana, centro del año litúrgico y de la fe cristiana.

² *Perspectis patrum uenerabilium scriptis*. Aunque con conocimiento de la tradición grecorromana la fuente principal de Beda son los santos padres y las Escrituras. En sus obras cita ampliamente a los padres a los que resume, remite y glosa abundantemente.

*VIII. DE DOMINICO DIE PASCAE*³

Diem igitur dominicae resurrectionis qui ab XI kalendarum aprilium usque VII^o kalendarum maiarum protenditur, quaesiturus litteram presentis anni qualis sit in hoc ciclo uideris et respiciens ad supradictorum dierum kalendaria, talem paschalis obseruantiae diem qualem litteram quam in ciclo reperisti certitudinem pronuntiabis esse. ut ergo de I(M)XL^o natiuitatis Domini anno uideas, lineam XVIII^{lem} XV^{am} solarem uero XX^{am}VII^{am} pernotabis et litteram, quam ibi reperiris, -O- ad XI kalendarum aprilium die querendo inuenies idus eiusdem VIII quo paschalis dies sine dubio prefato occurrit anno. Dierum autem LXX^e seu LX^e initium simili modo inuenire licet. Sicut enim ab XI kalendas aprilis usque VII kalendas maii diebus, uidelicet, XXXV secundum perquiritur pascha, ita etiam a XV^o kalendas februarii usque VIII kalendas marcii LXX^a, et a VI^o idus februarii usque II idus marcii XL. Isdem enim quibus et paschales assignantur characteribus ac demonstrantur eodemque semper reperiuntur modo. Qualis enim sit littera in hoc ciclo quotoque dierum XXXV eadem presentis anni littera ueniat perspecto dies unum queritur inuenitur. Hanc denique pascalem obseruantiae uariationem embolismorum seu feriarum septimanae dierum ratio facit. Quocumque enim dierum siue in dominica siue in cunctis septimanae diebus XIII^a luna primi mensis occurrat solempnitatem nostrae redentionis in dominica septimanae sequentis demonstrat et ideo dominicum diem pasche diem ab XI^o kalendarum aprilium usque VII^o kalendarum maiarum et hoc in luna XV^a usque ad XX^{am} primam necessario constat esse querendum. Cum enim XII kalendas aprilis X^aXIII^a luna sabbati uenerit die XI kalendarum earundem secundum celebratur pascha. Cum uero eadem X^aXIII^a luna XIII kalendas maii dominica occurrit die, VII^o kalendarum eiusdem mensis dominica, uidelicet, septimanae sequentis secundum celebratur pascha. Similiter de ceteris annis seu obseruationibus intellige.

³ *De dominico die pascae* El monje Oliba tiene como fuente de este 'argumento', cómo fijar el día de Pascua, el cap. LXI *De die dominico pascae* del DTR de Beda, del que, sin embargo, se aparta y prefiere ofrecer una formulación práctica.

9.6.- ASTRONOMÍA

9.6.1.- ***ANONIMUS LIBER DE SIGNIFICATIONE COMETARVM*** (post 1238)

La presencia de los cometas despertó gran curiosidad y una gran inquietud en las gentes del Medioevo. Se escriben varios tratados sobre su significación, sus tipos, sus curvaturas, su lugar de origen, a lo largo de la Edad Media.

Escogemos un fragmento de un tratado anónimo sobre la significación de los cometas escrito en España en el segundo cuarto de siglo del s. XIII. Su autor, conocedor de la literatura astrológica árabe y clásica sobre los cometas, compuso este tratado en latín, y no como traducción de un tratado árabe. Conoce bien la situación y vicisitudes de la Península en la primera parte del s. XIII, sus componentes sociales: cristianos, sarracenos y judíos, así como las ciudades españolas y del norte de África.

El tratado compuesto en 16 capítulos toma su información de diferentes fuentes. El capítulo primero, que es el que hemos escogido, procede del *Centiloquium* de Ptolomeo. Otras informaciones las debe a Aristóteles, Al-Kindi, Razas, Haly o Albumasar, citados frecuentemente. El interés principal de este tratado es su preocupación por presentar los cometas como signos astrológicos del futuro, tomando sus contenidos de las fuentes astrológicas árabes.

BIBLIOGRAFÍA: Ed. y Est.: L. Thorndike, *Latin Treatises on Comets. Between 1238 & 1368 A. D.*, Chicago, 1950. Cap. I-II, 17-19.

CAPITVLVM PRIMVM AD SCIENDVM QVID EST COMETA

Dixit Ptholomeus in 99º uerbo in libello de centum uerbis quod stelle currentes et stelle habentes comas sequuntur alias stellas sed non sunt de substantia earum. Et dixit ille qui hoc uerbum exposuit, Ptholomeus sequitur semper opera naturalia et dedit nobis ad intelligendum in hoc loco quod stelle currentes et stelle habentes comas sequuntur ex aliis stellis, et uult dicere quod sequuntur ex aliis, quia fiunt ex earum motibus naturalibus. Et astronomi imposuerunt eis talia nomina, quia ueniunt prius ex effectibus planetarum et habent magnam proprietatem cum eis, quia sunt iuxta eos et habent uirtutes similiter ab eis, cum quibus operantur in rebus inferioribus. Et Ptholomeus uoluit ostendere hoc ubi dicit, Quando uirtus celestis ostendit aliquid, habet testimonium ex secundis stellis, et ipse ponit significationem earum cum significatione eclipsis, et coniungit earum uirtutes simul quando uult super effectus euenientes.

CAPITULUM SECUNDUM AD SCIENDUM EX QUO FIUNT COMETE ET STELLE CURRENTES ET CUIUS FIGURE SUNT

Aristotilis nominavit omnia signa superiora que apparent in medio aeris et non sunt celestia, sicut est rota que apparet circa solem et circa lunam, et arcus et rubedo que apparet in horizonte antequam eleuetur sol et post eius occasum, et incendia ignis que apparent in aere sicut sunt stelle comate et stelle currentes et assub et hasta et nebula, que apparet sursum nigra et spissa, et illud quod uidetur ad modum lacus et talia. Et omnia ista habent causam sue apparentie et sui defectus, et hoc probatum est per sensum et per rationem et per experientiam prudentium. Et omnia ista supradicta fiunt ex uaporibus humidis et ab aqua eleuatis, unde res que fiunt ex uaporibus humidis et siccis a terra et ab aqua eleuatis, unde res que fiunt ex uaporibus humidis et ab aqua apparent in spera aeris. Et res que fiunt ex uaporibus humidis eleuatis ab aqua usque ad speram aeris sunt rote que apparent circa solem et lunam, et arcus et rubedo que apparent ante ortum solis et post occasum in horizonte, et omnes alii colores que apparent in spera aeris. Et res que fiunt ex uaporibus siccis eleuatis a terra usque ad speram ignis sunt stelle comate et stelle currentes que quandoque apparent uelut incendium ignis tendens ab oriente in occidentem et econuerso, et a meridie in septentrionem et econuerso. Et quandoque tendunt de horizonte in horizontem secundum oppositum, et quandoque per eundem horizontem, et quandoque uadunt recte et quandoque circumgirando sicut ignis quando incenditur in rebus subtilibus. Et dixit quod materia istarum incensionum que mouentur et currunt et de se extinguuntur est uapor subtilis non habens aliquam substantiam neque uim in se. Et quando eleuatur usque ad speram ignis, incenditur cito et similiter cito extinguitur, sicut si aliquis appropinquaret stupas circa calorem exeuntem de furno, de facili incenderentur et similiter extinguerentur, et isto modo fiunt stelle currentes. Et materia ex qua fiunt stelle comate sunt uapores grossi, sicci et spissi eleuati a terra. Et quando incenduntur, non potest ita de facili materia sua consumi propter eius spissitudinem, sed post per longum tempus consumitur et deapparent.

9.6.2.-

CAMPANVS DE NOVARA

(1232-1296)

Sobre Campano de Novara, tenemos noticia, fundamentalmente, gracias a los Registros de Urbano IV (Guiraud, *Les Régistres d'Urbain IV*, vol. 3), donde se encuentran referencias abundantes al Magister Campanus de Nouara, de la diócesis de Arlés. También sabemos de este autor a través de la ratificación de su testamento, realizada por Bonifacio VIII⁴.

Su obra, de carácter científico, se concreta en comentarios a los *Elementa* de Euclides, obras de cómputo, *Computus maior*; obras astronómicas, *Tractatus de spera*, *De quadratura*

⁴ “De conuentu nostri ordinis Viterbensis”, *Analecta Augustiniana*, vol. 11 (1925-26), 230: *Anno millesimo ducentesimo nonagesimo sexto Magister Campanus, Domini Papae Capellanus, Canonicus Parisiensis, uoluit et mandauit quod fiat (...) una Capella puchra (sic) et decens quae uocatur S. Anna*. Según todos los indicios, como agradecimiento a los frailes del convento de Viterbo, donde murió.

circuli, De quadrante, Breuiloquium duodecim signorum zodiaci cum peculiari modo erigendi thematis coelestis per diuisionem uerticalis primarii, ...

En la obra seleccionada, *Theorica planetarum*, el autor, además de realizar un estudio minucioso de los planetas, establece la posición de la Astronomía entre las demás ciencias, y también describe la construcción de un instrumento (*equatorium*) que permite realizar el cálculo de la posición de los cuerpos, basándose en el sistema ptolemaico. La obra, que se dispone en seis secciones, va haciendo un recorrido sistemático sobre la posición de cada planeta, incluidos el sol y la luna, sus movimientos, y su diagrama. El fragmento escogido trata sobre la esfera de la luna.

BIBLIOGRAFÍA: Ed. Est. y trad. al inglés a cargo de Francis S. Benjamin, Jr. y G. T. Toomer, *Campanus Of Novara And Medieval Planetary Theory. Theorica Planetarum*, Madison, 1971.

THEORICA PLANETARUM

SECTIO IV. TRACTATUS DE LUNA, 307-341

Super ipsam igitur describatur circulus alius cuius centrum etiam sit centrum orbis signorum, istiusque circuli medietas sua diametro manente fixa ymaginetur etiam circumduci a quouis situ usque dum redeat ad eundem. Erique continet speras omnium elementorum diciturque spera elementaris. Corpus igitur quo spera descripta a primo circulo excedit speram descriptam missorum motuum inclusum. Eodem autem modo intellige speras mercurii et ueneris et solis trium superiorum qui sunt Mars Iupiter et Saturnus. Est igitur concaua superficies spere Lune locus spere elementaris ; eius uero conuexa superficies peruenit usque ad superficiem concauam spere Mercurii. Mercurii uero conuexa superficies peruenit usque ad concauam Veneris; Veneris quoque conuexa ad concauam Solis; Solis conuexa ad concauam Martis; Martis quoque conuexa ad concauam Iouis; et Iouis conuexa ad concauam Saturni; Saturni uero conuexa superficies peruenit usque ad concauam superficiem stellarum fixarum; spere autem stellarum fixarum; spere autem stellarum fixarum conuexa superficies peruenit usque ad concauam orbis noni.

Extra autem huius orbis conuexam superficiem utrum sit aliquid utpote alia spera neccesitate rationis non cognoscimus. Fidei uero informatione sanctis ecclesie doctoribus assentientes reuerenter confitemur extra ipsam celum esse empireum in quo est bonorum spirituum mansio; ipsum quoque nonum uel esse celum cristallinum uel cristallinum esse extra ipsum et sub empireo, hoc enim Scriptura testatur diuina cui contradici fas non est. Si igitur cristallinum aliud sit a nono perueniet noni conuexa superficies ad concauam empirei. Empirei uero conuexa superficies nichil habet extra se; ipsa enim est supremum omnium corporalium rerum et maxime distans a communi centro sperarum quod est centrum terre, unde ipsa est locus generalis et communis omnibus locatis, uelud omnia continens et a nullo et celum cristallinum sunt diuersa uel tantum 10 si sunt idem. Corpusque ex omnibus illis constans dicitur quinta essentia preter

quatuor elementa supposita, uocatur etiam etherea regio sibi subiecta elementaris de cuius diuisione, situ et ordine aliquid est dicendum.

9.6.3.-

PETRUS GALLECUS

(ca.1200-1267)

Pedro González Pérez nace en Santa Marta de Ortigueira sobre 1200. Ingresó en la Orden de San Francisco y realiza sus estudios en el convento de la Val de Dios, en Santiago. Allí debió acceder a una buena formación gracias a la excelente biblioteca que poseían los franciscanos, y que estuvo depositada en el obispado mientras se finalizaba el convento. Entre los volúmenes de los que tenemos constancia se hallaban obras de Aristóteles y de las ciencias árabes.

En 1236 llegó a ser provincial de la Orden en Castilla, cuyos monarcas entablaron desde muy pronto lazos estrechos con los franciscanos. Es casi seguro que el propio Fernando III se educó con franciscanos y así, ya rey, gustó de rodearse de frailes, como el mismo Pedro Gallego, que lo acompañó a él, primero en la conquista de Sevilla, y al príncipe Alfonso, en la conquista de Murcia, después. De esta ciudad es consagrado obispo en 1250 por el Papa Inocencio IV, cargo que ocupará hasta su muerte.

Una de las grandes preocupaciones del rey, ya Alfonso X, y del propio Pedro Gallego, es evitar el vacío cultural que se cernía sobre la ciudad de Murcia, ante la partida de los hombres de letras musulmanes. A fin de conjurar esa amenaza el obispo Pedro Gallego funda, junto con los dominicos, un *Studium arabicum et latinum*, que dará como fruto la traducción de obras de ciencia desde el árabe.

De las obras propias de Pedro Gallego se conservan las siguientes: *Summa de Astronomia*, *Liber de Animalibus*, y *De regitiua domus*. Estas tres obras son textos adaptados desde otras traducciones anteriores, aunque un análisis superficial pudiera hacer pensar que se trata de traducciones. Para la presente antología hemos seleccionado los primeros párrafos del proemio de la *Summa de Astronomia*, cuya temática gira en torno a la teoría del movimiento de los planetas, teoría que se inscribe en la ortodoxia ptolemaica. Pedro Gallego sigue el modelo de Alfagrano, al igual que sus hermanos de orden, frente al criterio de los dominicos que se decantaban por la teoría de las esferas homocéntricas.

BIBLIOGRAFÍA: Ed. y Est.: José Martínez Gázquez, *Petri Galleci Opera omnia quae extant. Summa de Astronomia. Liber de Animalibus. De regitiua domus*, Firenze, 2000.

SVMMA DE ASTRONOMIA

*INCIPIT SVMMA DE ASTRONOMIA COMPOSITA A FRATRE PETRO GALLECO CARTAGINENSI
EPISCOPO EXCEPTO TOTA AB ALFRAGANO PER ORDINEM.*

Frater Petrus diuina miseracione Cartaginensis Episcopus Fratri Martino Egidii, Abati de Morelola, salutem et pacem in Ihesu. Quoniam artificium operantis manifestatur in operato ut bonitatem operantis Omnipotentie Dei posses acutius contemplari, sollicitus de perfeccione anime tue proposui conpileare quedam in quibus conueniunt Sapientes de sciencia firmamenti in qua habes: quod Celum sphericum sit in Terra cum omnibus partibus suis terreneis, marinis; quod terra est in medio sicut centrum. De primis duobus motibus Celi. De Circulis. De quantitate ambitus Terre. De dispositione locorum habitabilium. Quare dies crescunt et decrescunt in quibusdam regionibus Terre. De dispositione climatum et de locis famosissimis illorum. De planetis et stellis fixis quomodo moueantur. De distanciis et quantitibus circulorum et stellarum.

Exerce ergo in hiis aliquando animam tuam, quia causa maxime delectacionis sunt illis qui possunt illa cognoscere et delectari Artifice, scilicet, in Deo qui fecit ea.

LA REPRESENTACIÓN MEDIEVAL DEL COSMOS PTOLEMAICO

El ms. 8918 de la BNM presenta en el fol. 56v (ilustración de la portada) de la *Summa de Astronomia*, una de las obras del franciscano Pedro Gallego una llamativa ilustración, que J. Samsó denomina “diagrama astronómico con las posiciones planetarias para el 1 de Mayo de 1273”. Constituye dicha ilustración una formalización gráfica del universo ptolemaico que aparece a manera de “Explicit” de la obra en la copia del ms. de la Biblioteca Nacional de Madrid. En el texto se representa la idea del universo, según se aceptaba desde el mundo antiguo, en el que la tierra es el centro y el sol un planeta más entre Venus y Marte. Se describe, además, la órbita de los planetas, sus características astrológicas y su posición en relación a los Signos del zodiaco.

BIBLIOGRAFÍA: Ed. José Martínez Gázquez, “El mundo ptolemaico en un “Explicit” del ms. 8918 de la BNM”. *MHNH. Revista Internacional de Investigación sobre Magia y Astrología Antiguas*. 2 2002 105-114.

Est.: José Martínez Gázquez, *Petri Galleci Opera omnia quae extant. Summa de Astronomia. Liber de Animalibus. De regitiua domus*, Firenze, 2000.

Saturnus est frigidus et siccus distemperate.

Iupiter calidus et humidus temperate.

Mars calidus et siccus distemperate.

Sol calidus et siccus temperate.

Venus calidus et humidus temperate.

Mercurius frigidus et siccus mediocriter.

Luna frigida et humida temperate.

<*Stellarum fixarum et currencium orbium forma uel figura*>.

Empireum

Cristallinum

Sidereum

Saturnus moratur in quolibet signorum duobus annis et dimidio et perficit cursum suum in triginta annis, et est frigidus et siccus distemperate, et est ascensus eius in Libra et descensus in Ariete, et Aquarius et Capricornius domus eius et Sabbatum dies eius et nox Mercurii sua, et October, Ianuarius et Februarius menses eius, et fuit prima die Madii in nono gradu Virginis, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo tercio.

Iupiter, calidus et humidus temperate, et moratur in quolibet signorum uno anno et perficit cursum suum in duodecim annis, et est ascensus eius in Cancro et descensus in Capricornio, et Sagittarius et Pisces domus eius, et dies eius Iouis et nox Lune, Iulius et December et Martius menses eius, et fuit die et anno predictis in uicesimo septimo gradu Capricornii.

Mars moratur in quolibet signorum sexaginta diebus, et est calidus et siccus distemperate, perficit cursum suum in duobus annis, et ascensus eius in Capricornio et descensus in Cancro, et Aries et Scorpio domus eius, et dies Martis dies eius et nox eius Sabbati, Ianuarius, Nouember et Aprilis menses eius, et fuit die et anno predictis in tricesimo gradu Libre.

Sol, calidus et siccus temperate, moratur in quolibet signorum triginta diebus et dimidio, et perficit cursum suum in anno, et ascensus eius in Ariete et descensus in Libra, et domus eius Leo, et dies eius Dominica, nox eius Iouis sua, Aprilis et Martius menses eius, et fuit die et anno predictis in decimo septimo gradu Tauri.

Venus, calidus et humidus temperate, moratur in quolibet signorum uiginti nouen diebus. Ascensus eius in Piscibus et descensus in Virgine, et domus eius Taurus et Libra, et dies Veneris suus et nox Martis sua. Madius, Marcius et October menses eius, et fuit die et anno predictis in decimo quinto Geminorum.

Mercurius, frigidus et siccus mediocriter, moratur in quolibet <signorum> uiginti septem diebus, neque recedit a Sole. Ascensus eius in Virgine, descensus in Piscibus, et domus eius Gemini, dies eius Mercurii et nox Dominica. Iunius et September menses eius, et fuit tunc in decimo secundo gradu Tauri.

Luna, <frigida et humida temperate>, perficit cursum suum in uiginti nouem diebus et dimidio. Ascensus eius in Tauro et descensus in Cancro. Scorpio domus eius, et dies Lune. Nox Veneris sua. Madius et Julius menses eius. In Libra tunc.

Ignis, calidus et siccus et ideo colericus

Aer, calidus et humidus et ideo sanguineus.

Aqua, frigida et humida et ideo flematica.

Terra, frigida et sicca et ideo melancolica.

Frigida

Tepida

Torrida

Alia Terra.

(Ms. 8918 fol. 56v)

9.7.- EL CONCEPTO DE CIENCIA

9.7.1.-

DOMINICUS GUNDISALVVS

(s XII)

A partir de la documentación toledana se ha confundido a un traductor y filósofo denominado Domingo Gundisalvo, o Gonzalbo, con un archidiácono, mencionado en las actas de Segovia y de Toledo entre 1178 y 1190; Gundisalvo sería contemporáneo de Gerardo de Cremona. Rucquoi ha separado al filósofo del traductor, distinguiendo dos personajes diferentes, pero contemporáneos. Uno sería el traductor arabo-latino Dominicus Gundisalvi, archidiácono de Cuéllar, el otro Gundislavus, archidiácono de Talavera, autor de obras filosóficas originales; sin embargo las atribuciones en los manuscritos no son muy fidedignas, y solo un atento estudio de manuscritos y de vocabulario puede despejar la incógnita.

Por lo que respecta a las de producción propia, nos ha legado obras en las que se observa un interesante sincretismo entre Agustín y Avicena, por lo que se le denomina el transmisor del avicenismo latino, en sus obras *De processione mundi* y *De unitate et uno*. Las obras traducidas por Gundisalvo han influido notablemente en la ciencia occidental, entre otras, la *Metafísica* de Avicena. La obra de la que extraemos el siguiente fragmento, *De scientiis*, aunque está basado en la de al-Farabi, *El catálogo de las ciencias*, no es propiamente una traducción, sino una adaptación, por lo que lo incluimos en el presente capítulo.

BIBLIOGRAFÍA: Ed. M. Alonso Alonso, *De scientiis*, Madrid, 1954. Est.: M-T. D'Alvergny, "Les traductions a deux interprètes, d' arabe en langue vernaculaire en latin, et de langue vernaculaire en latin", *Traductions et Traducteurs en Mogen Âge. Actes du colloque international du CNRS organisé a Paris. Institut de recherche et d' histor des textes, 26-28 de mai 1986*. Paris, Éd. Du CNRS, 1989, 193-206. A. Fidora, *Die Wissenschaftstheorie des Dominicus Gundissalinus*, Berlin, 2003.

DE SCIENTIIS

PROLOGVS

Cum plures essent olim philosophi, inter omnes tamen ille solus simpliciter sapiens dicebatur, qui omnium rerum scientiam certa cognitione comprehendisse credebatur. Nunc autem, mundo senescente, non dico sapiens, sed, quod minus est, philosophus nemo dici meretur; quia, qui sapientie studere uelit, iam uix inuenitur aliquis. Quapropter, paruitati nostre satisfieri credimus, si postquam non omnia possumus, saltem de singulis aliqua, uel de aliquibus aliquid, degustemus.

Vnde in hoc libro nostra intentio est scientias famosas breuiter perstringere; et, quid unaqueque earum doceat, et partes uniuscuiusque summatim designare. Et hoc quinque capitulis exequendum proponimus:

Quorum primum est *De scientia lingue* et eius partibus;

Secundum *De scientia logice* et eius partibus;

Tertium *De scientiis doctrinalibus*, que sunt Arithmetica, Geometria, Scientia de aspectibus, Scientia stellarum doctrinalis, Scientia Musice, Scientia de ponderibus, Scientia de ingeniis; Quartum est *De scientia ciuili* et eius partibus et *De scientia iudicandi* et *De scientia eloquendi*. Ex hoc igitur libello multiplex prouenit utilitas. Nam, cum quis aliquam scientiam addiscere uoluerit, per hunc cognoscet, quam earum potius eligat, et cui studiosus intendat, et que ex qua sibi proueniat utilitas. Nec in iudicio liberalium artium de cetero potest falli, postquam hunc librum, facta inter eas comparatione, que sit melior, uel que utilior, que certior uel que fortior, plene cognouerit.

Per hunc etiam poterit de mendacio facile conuincere eum, qui se iactat scientiam aliquam comprehendisse, cum interrogatus, qui sint partes eius et quid contineant, nesciat respondere. Ipse etiam qui hunc librum in promptu habuerit, in omni scientia peritus apparebit. Non enim expers alicuius scientie esse creditur, qui, que et quot sint partes eius et quid contineat, non ignorare uidetur.

10.-

TRADUCCIONES

La penuria cultural de la Europa cristiana medieval impuso la necesidad de acudir a la traducciones de cultura y ciencia de los mundos contemporáneos que habían mantenido la tradición clásica en los diversos campos de la actividad humana, por lo que los cristianos latinos bebieron principalmente de los griegos bizantinos y de los árabes.

Las traducciones del griego al latín.

Estas traducciones sirvieron en un primer momento para subsanar el desconocimiento de la patrística y la hagiografía cristiana griega y más adelante aspectos parciales de las fuentes de la filosofía y la ciencia griega. Como impulsores de esta actividad actuaron diversos centros de Italia que sucesivamente fueron tomando el protagonismo, según las circunstancias de hegemonía de sus ciudades en las que se fueron creando escuelas de traducción.

Las traducciones del árabe al latín.

La actividad de las traducciones del árabe al latín permitieron a los cristianos latinos recuperar la ciencia griega, asimilada y acrecentada por los árabes, a partir de las traducciones de la ciencia y la cultura griegas hechas en Oriente, desde las traducciones siríacas a las traducciones de Bagdad en los siglos VII y IX.

Dos son los campos principales de esta actividad traductora:

Las traducciones apologéticas con las que los cristianos quieren acercarse a las fuentes del Islam para comprenderlo mejor y, principalmente, refutar su doctrina, y las traducciones científico-técnicas con las que pudieron asimilar la ciencia antigua. España fue el lugar donde a través del

contacto con la cultura y la ciencia musulmanas pudieron realizarse estas traducciones. Los cristianos sintieron la fascinación del esplendor de al-Andalus y acudieron a la Península para conocer su ciencia y transmitirla a los pensadores europeos, ansiosos de nuevas fuentes de conocimiento.

10.1.- DEL GRIEGO AL LATÍN

10.1.1.- TEXTOS PATRÍSTICOS

BURGUNDIO DE PISA (+ 1193)

Juez de Pisa, su ciudad, desde joven estuvo en contacto con los Bizantinos, visitando Constantinopla, donde aprendió el griego y aún joven participó en la disputa pública de 1136 que tradujo al latín Mosé de Bergamo.

Tradujo para el Papa Eugenio III (1145-1153) el *De orthodoxa fide* de San Juan Damasceno y *Las Epístolas sobre San Mateo* de San Juan Crisóstomo en cuyo prólogo narra las circunstancias en que se produce la traducción y el cuidado en procurarse originales para una traducción fiable. Más tarde traduce, también, *Las homilias de San Juan Crisóstomo sobre el Evangelio de San Juan*. En su epitafio los pisanos subrayaron sus capacidades: *interpretis grecorum, clarus comentor, suma magistrorum*.

El fragmento que presentamos, tomado del prólogo de *Las homilias de San Juan Crisóstomo sobre el Evangelio de San Juan*, señala la circunstancia de la muerte de su hijo en el viaje de la embajada pisana a Ragusa y Constantinopla en 1162, que le impulsó a llevar a cabo la traducción de este texto para rogar a Dios por su alma y buscar consuelo a su dolor.

BIBLIOGRAFÍA: Ed. y Est.: P. Classen, *Burgundio de Pisa. Richter-Gesandter-Übersetzer*, Heidelberg, 1974, pp. 83-84. Est.: W. Berschin, *Griechisch-Lateinisches Mittelalter. Von Hieronimus zu Nikolaus von Kues*, Bern, München, 1980.

*INCIPIT PROLOGVS BURGUNDIONIS IUDICIS IN COMMENTATIONE IOHANNIS CRISOSTOMI
SUPRA EVANGELIVM SANCTI IOHANNIS EVANGELISTE*

Omnibus in Christo fidelibus fratribus iudex ciuis Pisanus in Domino salutem.

Cum Constantinopoli pro negociis publicis patrie mee a conciuibus meis ad imperatorem Manuelem missus legati munere fungere et quendam filium meum Hugolinum nomine quem mecum duxeram in itinere morbo arreptum amiserim, pro redemptione anime eius explanationem euangelii sancti Iohannis euangeliste a beato Iohanne Crisóstomo Constantinopoleos patriarcha mirabiliter editam de greco in latinum uertere statui sermonem, tum quia eiusdem sancti patris

Iohannis Crisostomi comentationem supra euangelium sancti Mathei euangeliste iam pridem beate memorie tercio Eugenio pape integre translatam tradideram, tum quia huius Iohannis euangeliste expositionis penuria apud Latinos máxima erat. Nullum enim alium nisi sanctum Augustinum eum continue exponentem inueni. Cumque ibidem id negociis communibus imminentibus facere minime possem et eum librum, a quam pluribus et maxime a monachis tam sententiarum acumine quam etiam morum perpensa instructione auidissime haberi desideratum, uenalem ut mecum Pisas transferendum referrem nullatenus inuenire, duobus exemplariis a duobus monasteriis in commodatum acceptis, duobus scriptoribus uno a capite altero a medietate incipiente librum tradidi transcribendum, et eum breui ita deptus nocte ac die cum uacabat diligenter ascultans fideliter emendaui. Negociis uero mee ciuitatis peractis licenciam redeundi ab imperatore accipiens, Messanam ueniens, ibique moram fascines, manibus meis scribens inhibi librum transferre incepti, et sic per totam uiam Neapoli et Gacte et ubicumque moram faciebam uacationem michi extorquens iugiter transferebam, et deinde contra spem per duos continuos annos Deo auctore totum librum de uerbo ad uerbum de Greco in Latinum transferens integer consummaui.

10.1.2.-TEXTOS HAGIOGRÁFICOS

BARLAAM

Los contactos con Bizancio, en época temprana medieval, de nuevo pusieron al alcance del mundo latino los ricos tesoros de la literatura patrística, la espiritualidad y la hagiografía griega y oriental. Aparecieron en la Italia meridional diversos centros que se interesan por estos textos, y por la traducción del griego al latín para su difusión y conocimiento entre los cristianos latinos occidentales.

Mencionados en el Santoral muchos de los Santos orientales griegos, los latinos occidentales no tenían conocimiento de las circunstancias de sus vidas, que se difundieron a través de las traducciones; las de otros Santos se conocen por primera vez, expandiéndose de manera extraordinaria, tal es el caso de Barlaam y Josaphat, adaptación cristiana de la leyenda oriental de la vida de Buda, ya cristianizada en Oriente y que se difunde rápidamente a toda la cristiandad, impulsada por el florecimiento de las comunidades eremíticas y más tarde los monasterios medievales.

La leyenda de Barlaam y Josaphat se difundió por toda Europa siendo traducida a todas las lenguas europeas modernas.

En el prólogo y el epílogo de la obra encontramos algunos datos e indicios de la actividad de su traductor y el ambiente en que se propicia este movimiento de traducciones, así como su conocimiento de la cultura clásica. Particularmente el fragmento del capítulo XVII,

referente a los dioses de la religión clásica pagana, presenta algunas interpolaciones añadidas al texto original sobre las características de cada uno de los dioses.

BIBLIOGRAFÍA: Ed. Est.: J. Martínez Gazquez, *Historia Barlae Et Iosaphat* (Bibl. Nacional de Nápoles VIII. B.10), Madrid, 1997. Ó. De La Cruz Palma, *Barlaam Et Iosaphat. Versión vulgata latina* (trad. Cast., J. de Arce Solorceno), Madrid- Bellaterra, 2001. W. Berschin, *Medioevo greco-latino, da Gerolamo a Niccolò Cusano*, Nápoles, 1989. *Bibliotheca hagiographica latina antiquae et mediae aetatis*, ed. Socii Bollandiani, 2 vols., col. "Subsidia hagiographica" n° 6, Bruselas, 1898-1899, ampliada posteriormente en "Subs. hagiogr." n° 12, 1911. Revisión en el *Novum supplementum* a cargo de H. Fros, "Subs. hagiogr." n° 70, 1986, añade las aportaciones de J. Sonet. P. Chiesa, "Ambiente e tradizioni nella prima redazione latina della leggenda di *Barlaam et Iosaphat*", *SM* 1983, 521-544. Id. "Ad verbum o ad sensum? Modelli e coscienza metodologica della traduzione tra tarda antichità e alto medioevo", *Medioevo e Rinascimento*, 1, 1987, 1-51.

PROLOGVS

(fol. 416u,b-417r,a) Hystoria Barlae et Iosaphat de interiori Ethiopia deducta per Iohannem Venerabilem monachum monasterii Sancti Sabe in Heliam urbem et translata in Eolico per Eufinium sanctum virum. Incipit prologus.

Cum in undosis menibus domine ciuitatum in sexto anno sanctissimi et triumphatoris domini Constantini Monomachi Augusti augustalibus irretirer curis et assidua coniecture intentio militantis propositum deduceret per libros Eolicos neque sineret [fol.417r,a] multa cogitatem ut sedatis nebulis cogitationum ad precipuam nature partem accederem, ac more apium ex diuersis Achiuorum floribus aliquid memoria dignum reponerem, quoniam urgebar assiduis meditationibus sequestrationis longinque a patriis locis, cogitando presentia et timendo futura. Quamobrem cum in talibus incitamentis sollicitudinum uentilaretur animus in diuersa, optulit mihi quidam libellum nomine Leo, omni cum prece postulans quatenus Dei pro uoto et sancti Barlae memoria, de Eolico textu ad Latinitatis usum plano transferrem eloquio, intemptatum et inusitatum opus ab antiquis et usque ad me obliuioni per omnia funditus traditum. Tandem itaque labor et fraterna caritas incitauit ut quod inertia literarum renuebat actitare, deuotio actionis aggredi urgeret opus. Et fretus precibus fratrum accinxi uerbum ex uerbo ac sensum ex sensu antiquorum more transferre, et in oportunis locis coequare sermonem aut ex parte transmutare aggressus sum, ut diligentibus assidua sit legendi dilectio et detrahentibus perpetua oris oppilatio.

EPILOGVS

(fol. 501r,b-u,a) Hunc autem libellum ex Indico sermone in Argolico transtulit primum quidam Eufimius monachus Abasgo genere stilo, quem secutus quidam in anno milesimo quadragesimo octauo ab incarnatione Domini nostri Ihesu Christi et sanctissimi imperatoris nostri Constantini Monomachi, sexto anno, indictione quintadecima, et translatoris etate sexagesimo et incolatus sui tricesimoprimum. Qui per instigationem cuiusdam nobilis uiri Leonis filii Iohannis et amore dei et sanctorum horum simili conatu aggressus compendioso sermone ex Argolico stilo ad

Latinitatis leporem studiosius transtulit et ubi expedit immutauit atque adiecit more nostrorum. Quamobrem lectores et inspectores ammoneo ut pro nobis ad deum ueniam delictorum postuletis dicentes uersus:

"Crimina qui miseris laxas te cuncta precamur.

Parcere misellis cuncta piacula Deus".

Et ne a laceratoribus bonitatis infamemur, ideo opere pretium duxi ut et translationem reliquiarum sanctorum istorum translationi nostre prosico combinarem sermone ut liquidius omnes agnoscant qualiter Omnipotens Deus suos de una ad aliam corruscando miraculis atque signis transmutando glorificat. Ut adimpleatur quod scriptum est: "Si habueritis fidem ut granum sinapis, dicetis monti huic transferte et transferetur." Et alibi: "Signa que ego facio et uos facietis et maiora horum facietis." Sicut in translatione reliquiarum subsequens sermo narrationis nostre liquidius omnibus gestum fuisse declarabit.

CAP. XXVII

Deinde itaque ueniamus ad Ellines, ut inspiciamus quid ergo sciunt deum. Ellines uero sapientes cum essent insipientes, facti sunt deteriores Chaldeis, inducentes complures deos fuisse, quosdam autem mares, quosdam autem feminas, omnium uitiorum atque diuersarum factores iniquitatum. Vnde ludibria ac uanitates impiaque introducunt, imperator, famina, qui non sunt appellandi dignos deos, secundum concupiscentias suas malas, ut habeant eos auxiliares iniquitatis. Adulteria agunt, uiolenter auferunt, interficiunt et omnia dura faciunt. Si enim dii illorum talia perpetraverunt, quomodo et ipsi talia non agent? Ex hiis ergo adinventionibus et erroribus contigit hominibus sepissime bella habere atque strages et obductiones amaras. Sed etsi per unumquemque deum illorum uolumus gesta eorum sermonibus expedire, multam aspiciemus prauitatem illorum. Introducitur autem ab eis atque preponitur omnibus diis Saturnus et huic offerunt filios suos. Qui habuit plures filios ex Rea [f. 474^Ub] coniuge sua et stomachatus comedebat illos. Dicunt autem Iouem abscidisse uirilia eius et proiecisit ea in mari, unde Venerem dicunt genitam fuisse, [245] ligansque proprium patrem Iouis misit eum in Tartarum *pro eo quod sicut et alios habitatores Crete interfecerat, et ipse obuolutus in lodice uix ex dentibus eius euasit, nutritus apibus in antro*. Aspice igitur, o excellentissime imperator, errorem et adulterium quem inducunt aduersus deum suum *insipientes Ellines*.

10.1.3.- TEXTOS CIENTÍFICOS

DE MULIERIBUS AFFECTIS.

El conocimiento de la medicina en la Antigüedad tardía y la Alta Edad Media dependió en buena parte de las traducciones directas del griego del *Corpus Hippocraticum*, hechas en el Norte de África y en la Península Itálica, hasta que la entrada de los árabes, aportando su adaptación de la doctrina de los griegos y sus propios avances, representan una renovación de la

ciencia médica. En el primer caso se cuentan las traducciones realizadas por Oribasio y por los Centros de Vivarium o Rávena, en el segundo los resultados del nuevo periodo de las traducciones que se inician con la *Collectio Salernitana* y se amplían con las traducciones de la ciencia árabe-andaluza en diversos centros y por diferentes traductores en la España medieval. El *De mulierum affectibus* es una antigua traducción latina de un tratado pseudohipocrático, perteneciente al conjunto de los escritos de la llamada escuela de Cnido, en la que se sitúa Eurífote a quién pertenecería esta obra.

BIBLIOGRAFÍA: Ed.: M. E. Vázquez Buján, *El De mulierum affectibus del Corpus Hippocraticum : estudio y edición crítica de la antigua traducción latina*. Santiago de Compostela 1986. Est.: M. E. Vázquez Buján, "Problemas generales de las antiguas traducciones médicas latinas", *SM* 1984, 641-680.

PRAEFATIO

Praeco ueritatis et sine mendacio didacalus, sicut exin deorum semine confectus, solus in mundo Ippogras inluminauit artem medicinae et praestitit generi humano salutem, in tantum cum praeterierat non solum Asclipeum et Sustratum et Ysocratem, auum suum, et patrem Araclidem et alios multos: ipsi et generi mulierum praestitit salutem humanam et locutus est de curis ipsarum.

33. Cum mulieri pregnantis tempus ueniat generandi, dolorem habet <et> effugere mulier ab infirmitate non potest, ut, quomodo contingit multotiens, ueniat in latus infans uel super pedes. Utile est exponere infantem per caput. (2) Nam per latus si ueniat, periculosa passio efficitur, sicut homo qui in uaso habentem rostrum minorem mittit grana tritici et iactat uasum in latus et non potest lente efficere, sic et mulierem periculosam passionem facit infans si intus uersetur. (3) Fetus autem plus periculum est si per pedes exponatur, quoniam multotiens et ipsas perierunt et infans. Est autem et hic magna culpa ut non in celeritate exponatur uel mortuum uel apoplecticum uel si duplicetur.

34. Mulier si concipiat, uiride efficitur, quoniam quod utile est et tenerum sanguinem, cotidie minus facit de corpore et descendit ad infantem. Minus autem in corpore faciendo sanguis, necesse est ut mulier uiridis efficiatur, quoniam per uentrem sanguis descendit et infirmior efficitur mulier et hoc ipsum sanguis praestatio est. (2) Tunc cognoscitur quoniam plus esse et purgationem obstrepere et uenter eius calidus efficitur et reflatat spissum et multum, praeterea quando abreuiat partus; tunc et spina inchoat dolore quia commouetur omnis spina cum infante et dolor in stomacho omni tempore; alium atque alium dolorempatitur commouendo se uenter cum infante. (3) Quoniam si aer uertetur, epar coqui debet et accipere cum uino ciatus calidior usque ad quartam diem uel plus; si spina doleat. anesum et cimino etiopicum datur in potu et calefacto utatur lauacro.

10.2.- DEL ÁRABE AL LATÍN

10.2.1.-TEXTOS APOLOGÉTICOS

10.2.1.1.- PRIMERA TRADUCCIÓN DEL *CORÁN*, REALIZADA POR ROBERT DE KETTON, POR ENCARGO DE PEDRO EL VENERABLE.

La decisión de llevar a cabo la traducción del Corán, el libro sagrado de los musulmanes, en la Europa cristiana medieval, junto con otros textos islámicos, que por circunstancias diversas se produce en España, al menos en tres ocasiones, en el lapso de tiempo que va de 1143 a 1456, sirvieron en mayor o menor medida a los cristianos para mejorar su percepción de la religión islámica, y de su fundador, Mahoma. La primera de estas traducciones se realizó, a ruegos de Pedro el Venerable, por parte de Robert de Ketton y un equipo de colaboradores. Se debe a Marcos de Toledo la segunda, y a Juan de Segobia la compuesta en tercer lugar.

-LA TRADUCCIÓN DE PEDRO EL VENERABLE Y ROBERT DE KETTON

Pedro el Venerable, a partir de su propósito de llevar a cabo la refutación del Islam sobre bases directas y la posibilidad que percibe ante las realidades que fue conociendo en sus contactos con la realidad existente en la Península con ocasión de su viaje en 1142, impulsa y paga a sus expensas la primera de estas traducciones. Fue realizada en Hispania en alguna ciudad de la ribera aragonesa del Ebro, probablemente en Tarazona, donde trabajaban los traductores que intervinieron en ella, especialmente Robert de Ketton, estudioso de la astronomía y las matemáticas, quién pagado por el Abad de Cluny, dedicó su tiempo entre 1141 y 1143 a la realización de esta primera traducción del Corán a la lengua latina.

El traductor escribe en el prólogo a su traducción del Corán una dedicatoria a Pedro el Venerable en la que encontramos algunas indicaciones que explican todo lo que concierne a su modo de trabajo y a los criterios que le han guiado en la realización de su traducción.

Podemos analizar algunos aspectos de la realización concreta de su trabajo y los resultados finales obtenidos dentro de este contexto y con los presupuestos conceptuales que hemos analizado en el planteamiento inicial de Robert de Ketton,. La traducción latina de Roberto de Ketton presenta discrepancias de mayor o menor grado en puntos controvertidos del Corán y aporta algunas soluciones diversas que vamos a subrayar más detalladamente.

Sus propios prejuicios ante la obra que va a traducir, y el hecho de presentarse como el símbolo principal de una religión que entiende en su conjunto como enemiga del cristianismo, condicionan el resultado de su trabajo, *sciens meum numquam hoc <hic> fuisse propositum, floribus uenenum tegere, remque uilem et abiciendam deaurare, ... Lex tamen ista licet letifera multis in locis maximum testimonium argumentumque firmissimum sanctitatis et excellentie uestre legis uidentibus et electis prebet.*

La división de las suras en el texto latino no se corresponde con la división aceptada en el texto original¹. Encontramos un número mayor de divisiones de las suras más extensas, a las cuales se han puesto títulos propios, las más de las veces sesgados, probablemente sacados de los prejuicios ante la doctrina y las costumbres islámicas.

Robert de Ketton había enunciado unos principios para la realización de su traducción a los que, según vemos, finalmente no parece atenerse. Había prometido no cambiar ni innovar nada, sino era para su mejor comprensión, y vemos en la práctica que amplía el número y la división de las suras, les pone títulos que no están en el original y los compone, además, con una gran carga peyorativa. En otros casos se ha dejado vencer por sus prejuicios y ha tergiversado el contenido y la intención de Mahoma al redactar el Corán.

BIBLIOGRAFÍA: Ed.: J. Martínez Gázquez, "El lenguaje de la violencia en el prólogo de la traducción latina del Corán impulsada por Pedro el Venerable", *Cahiers de linguistique et de civilisation hispaniques médiévales* 26 2005 (en prensa). Est.: M.T. D'Alverny: "Deux traductions latines du Corán au Moyen Âge", *AHDLM* 16, 1948, 69-131; J. Kritzeck, *Peter the Venerable and Islam*, Princeton, 1964. J. Martínez Gázquez, "Observaciones a la traducción latina del Corán (Qur'an) de Robert de Ketene". *Les traducteurs au travail. Leurs Manuscrits et leurs Méthodes*, Turnhout, 2001, 115-127. J. Martínez Gázquez-O. De La Cruz Palma-C. Ferrero-N. Petrus, "Die lateinischen Koran-Übersetzungen in Spanien. Eine antimuslimische Waffe der Christen. (Las traducciones latinas del Corán en España, arma antiislámica cristiana)", A. Fidora-M. Lutz-Bachmann eds, *Juden, Christen und Muslime-Religionsdialogue im Mittelalter*, Wissenschaftliche Buchgesellschaft, Darmstadt, 2004.

/fol. 23 r/ PREPHATIO RUBERTI TRANSLATORIS AD DOMPNUM <PETRUM> ABBATEM CRUNIACENSEM IN LIBRO LEGIS SARACENORUM QUEM ALCHORAN UOCANT, ID EST, COLLECTIONEM PRECEPTORUM QUAM MAHUMET PSEUDOPROPHETA PER ANGELUM GABRIELEM QUASI DE CELO SIBI MISSA CONFIXIT.

Domino suo Petro diuino instinctu Cluniacensi abbati, Robertus Ketenensis (Ketenensis *Vat. At.* 4072) suorum minimus in Deo perfecte gaudere ubi sepius atque sero percipi, qualiter (in *Vat. Lat.* 4072) quantumue tuus animus solius et totius boni studiosus sitiuit sterilem paludem Sarracene secte, nondum uise fertilem efficere suumque puteum exaurire propugnaculaque prorsus diruere. Ego peditis tamen offitio praeuii functus uias et aditus diligentissime patefeci. Quis enim gressum [dilectabant] (dilatabit *Vat. Lat.* 4072), quis non citissime curret, ut hostis errorem ipsumque uictum semetipsum autem tenere sententiam ubique firmam atque uictricem agnoscat?. Latinitas tamen omnis hucusque non dicam perniciositas incommodis ignorantie, negligentie(ue *Vat. Lat.* 4072) pressa (est *Vat. Lat.* 4072), suorum hostium causam et ignorare et non depellere passa est. Tua uero peruigil prouidentia sanctissimos et preelectos ecclesie doctores semper aspiciens hoc nullatenus noluit. Cum illum itaque patrem atque doctorem cuius omnis hereditas omni pro sua facultate uenalis statuitur tu discipulus atque filius imiteris nusquam alias reflexus speraui me licet omnium tuorum minimum tuam gratiam

¹ M. T. D'Alvergnny, (1947-48) "Deux traductions ...", 86, analiza esta subdivisión de las suras y escribe: "Ha troceado las primeras suratas, demasiado largas, lo que hace suponer que ha tenido entre manos un manuscrito árabe de uso litúrgico, en el que estaba marcado el *hizb*, corte adoptado para el recitado en las mezquitas. Presenta así 123 o 124 suratas, en lugar de las 114 suratas habituales. Tampoco ha respetado los títulos de las suratas, que reemplaza por números seguidos de rúbricas generalmente peyorativas.

promereri posse si mundani sompni militieque uoto postposito tuis studiose nutibus inuigilarem. Unde quamquam te uelud alumpnum et heredem sapientie chohors sapientium circumflua constipet suas manus tuis nutibus benigne conferens quorum conuentu me minime dignum ad hec <adhuc> sentio. Vestrum tamen munusculum puteum presignatum pande<n>s, saltem semel non oblique tuis <tuus> p<e>r]o]spicax intuitus queso dignetur aspicere. Quamquam enim me fragili fulcitum ingeniolo plura presserunt incommoda, tum hic eloqui penuria[m] illinc scientie tenuitas, tum id quod ad nil agendum est efficacius socordie, uidelicet, negligentieque mater desperatio multiplex ob translationis nostre uilem et dissolubile<m> ac incompaginatum materiam pro sui modo prorsus, Arabico tantum semoto uelamine tue maiestati prebendam, non minus tamen obnixae tuum obsequium aggressus sum, confixus nil effectum quassari, quo tuum uotum igne diuino plenum aspirat. Lapides igitur et ligna ut tuum deinde pulcherimum et commodissimum hedifitium cementatum <coagmentatum> et indisolubile surgat, nil excerpens, nil sensibilibus nisi propter intelligentiam tantum alterans actuli Mahumetique sumum, ad ipsius tuis follibus extinctum et puteum ad illius exhaustum tuo uase ignisque nostri <uestri> tuo uentilabro fomentum atque feruorem nostrique fontis eductu tuo discursum patefeci. Ius igitur exigit ut hostium castrum imo caueam delendo, puteum exsiccando, cum tu sis dextre mundi pars optima, cos religionis accutissima, caritatis manus largiflua tuorum munimen corrobore, tella /fol. 23v/ diligenter accuas fontemque suum fortius emanare sueque caritatis uallum protensius atque capatius effitias. Si quis me uilitatis et incompositionis rerum atque uerborum arguat, licet iuste forsan, obsecro tamen ut cesset, sciens meum numquam hoc <hic> fuisse propositum, floribus uenenum tegere, remque uilem et abiciendam deaurare, quod et animi tui lux admirabilis mira facundia polens manu fortissima iungens <uigens>, mihi inde sepius et studiose deliberanti summatimque dicere uolenti clarificauit. Lex tamen ista licet letifera multis in locis maximum testimonium argumentumque firmissimum sanctitatis et excellentie uestre legis uidentibus et electis prebet. Istud quidem tua minime latuit sapientiam, que me compulit interim astronomie geometrieque studium [o]meum principale pretermictere. Sed ne p<ro>hemium fastidium generet ipsi finem impono. Terque celesti celum omne penetranti, celeste munus uoueo quod integritatem in se scientie complectitur, que secundum numerum et proportionem atque mensuram celestes circulos omnes et eorum quantitates ac ordines et habitudines, demum stellarum motus omnimodos et eo<a>rumdem effectus at[i]que naturas et huiusmodi cetera dilligentissime dilligentibus aperit. Nunc probabilibus non <n>unquam neccessariis argumentis innitens.

Explicit prologus.

INCIPIT LEX SARAÇENORUM, QUAM ALCHORAN UOCANT, ID EST, COLLECTIONEM PRECEPTORUM. AZOARA PRIMA, MATRIS LIBRI, SEPTEM UERBA CONTINENS.

1-2 Misericordi pioque Deo, uniuersitatis creatori, **3** iudicium cuius postrema dies expectat, **4** uoto suplici nos humiliemus, adorantes ipsum sueque manus suffragium, **5** semiteque donum **6** et dogma, quas nos ad se beniuolos **7** nequaquam hostes et erroneos aduxit, iugiter sentiamus.

10.2.1.2.- *PREFATIO JOHANNIS DE SEGOBIA, A SU EDICIÓN TRILINGÜE DEL CORÁN.*

Juan de Segobia (ca.1400-1458) desempeñó la cátedra de teología en la Universidad de Salamanca y más tarde asistió como representante de Castilla, enviado por el rey Juan II, al Concilio de Basilea (1432). Allí actuó con gran empeño para la causa de los conciliaristas y trabó gran amistad con los principales personajes de este concilio. Destacan en este último aspecto, entre otros, un grupo de intelectuales, hombres de Iglesia unidos por amistad personal a pesar de las diversas y encontradas vicisitudes que les deparó su tiempo, como el Cardenal Nicolas de Cusa, el Cardenal Juan de Cervantes, Arzobispo de Sevilla, y Eneas Silvio Piccolomini que llegó al Papado de Roma con el nombre de Pío II. Con todos ellos mantuvo Juan de Segobia intensos contactos y correspondencia sobre los principales problemas de su tiempo, y especialmente sobre sus ideas acerca de cómo abordar el problema islámico desde el punto de vista cristiano. Comentó y buscó el apoyo de estos amigos en los diversos planes que fue concibiendo para su método pacífico de relación con el Islam. Con este fin redactó Juan de Segobia un opúsculo, al que puso por título *De mittendo gladio Diuini Spiritus in corda Saracenorum*, en el que presenta de forma global su método con las actuaciones que proponía para el éxito de las relaciones de los pueblos cristianos con los pueblos que profesan el Islam. Sobre este tratado pidió el parecer a Nicolás de Cusa y Juan de Sevilla entre otros, como muestra la correspondencia que se conserva.

Derrotado el punto de vista defendido por Juan de Segobia en el Concilio, se retiró de la vida pública al Priorato de Aitón en la Saboya con la aprobación del Papa Pío II, de 1453 a 1458, donde retomó con gran empeño su interés y preocupación por la situación de la Cristiandad en relación a la extraordinaria expansión del Islamismo y por las relaciones de ambas doctrinas desde la consideración intelectual y teológica, frente a puntos de vista más militaristas de lucha y derrota armada. Todos reflexionaban sobre tal problemática, pero es Juan de Segobia el que busca un plan de acción concreto y para ello propone una estrategia de conjunto, que se resume en las proposiciones de su método pacifista².

El avance de los turcos, que culmina en la caída de Bizancio y la toma de Constantinopla en 1453, había ido produciendo una inmensa conmoción con influencias en todos los espíritus pensantes en el Occidente cristiano. Grandes personajes de la época centraron su atención en la problemática de la confrontación con los pueblos islámicos y también los aspectos intelectuales de la recepción y comprensión del Islam por parte de la Europa cristiana. Juan de Segobia defiende un punto de vista práctico. Estaba convencido de que la Cristiandad alcanzaría el triunfo, si se propiciaba una oportunidad para un diálogo en paz con los musulmanes. Creía que si se llegase a establecer una coexistencia pacífica y un intercambio

² Darío Cabanelas Rodríguez, *op. cit.* (1952). Véase especialmente el capítulo III de la monografía pp. 93

intelectual con el Islam, la verdad prevalecería a través de un diálogo razonable. Lamentaba por ello que el Corán fuese tan poco conocido entre los cristianos de su tiempo y, de hecho, documenta lo difícil que resultaba encontrar una copia del Corán latino de Robert de Ketene, la primera traducción realizada en el mundo cristiano, aunque, sin embargo, no la juzga apta para establecer esta relación sobre ella.

Convencido de que la traducción de Robert de Ketton, impulsada por Pedro el Venerable, dado su punto de partida y el conjunto de sus características en el resultado final, no permitía apoyar en ella este diálogo entre ambas religiones, impulsó una nueva edición trilingüe, árabe-latino-castellana, supervisando personalmente una nueva y cuidada traducción a las lenguas latina y castellana del texto del Corán, que pudiese ser útil para sus propósitos.

BIBLIOGRAFÍA: Ed. y Est.: J. Martínez Gázquez, "El Prólogo de Juan de Segobia al Corán (*Qur'ān*) trilingüe (1456)", *MJ* 38, 2003, 389-410; D. Cabanelas Rodríguez, *Juan de Segobia y el problema islámico*, Madrid, 1952.

PREFATIO JOHANNIS DE SEGOBIA, CESARIENSIS ARCHIEPISCOPI, IN TRANSLATIONEM NOUITER EDITAM EX ARABICO IN LATINUM UULGAREQUE HISPANUM LIBRI ALCHORANI, ...

Exposito autem de labore multo ut haberetur interpres adiutorque, notificat in quibus prima deficeret, et quod translatio hec conformis omnino sit substantie stiloque Arabici ydeomatis...

Inter uero omnes qui a mundi principio sane Christi doctrine contradixerunt, Annalibus cunctis perlectis, non reperiuntur qui magis fuerint suntque contradicentes, ad contradicendum quoque parati semper, quemadmodum sunt et sarraceni Muhamadonis, sic a magistro suo appellati, dogma sectantes, errantes quidem et alios in errorem mittentes. Set et parum de eorum exprimitur errore cum errantes solum dicuntur, sunt etenim errantes et erronei in fide Christi, necnon heretici atque perfecte heretici... Sed et in predictis aliisque per me uisis libris nulla certe reperitur heresis pertinacie tante audacieque effrenis... ut nunquam heresis tam nociua fuerit religioni christiane, ... ut nisi in Galliarum et Hispanie partibus, ab octingentis annis confinia sua dilatauerit continuo fere super dominia christianorum.

... ut Petrus abbas Cluniacensis, prime auctor translationis, testatur, lex ipsa maledictissima latuit per DXXI annos usque in tempus quo ipse in Hispania fuit, uidelicet, anno Domini MCXLIIIº, uisitationis causa monasteriorum sui Ordinis. Et tunc, ut ait, sollicito labore magnisque impensis, translationem Alchurani obtinuit eamque, ut aduersus errores illius scriberet, misit extemplo ad sanctum Bernardum, Clareuallis abbatem, qui aliorum intendit, una cum Eugenio papa tertio, ut passagium sub Conrado, Alamanorum rege, quem ipse cruce signauit, fieret ui armorum pro recuperatione Terre Sancte.

Desiderium quoque translatoris prefati minime adimpletum esse dignoscitur, ... Sed de hoc certissimum perhibere queo testimonium, translationem predictam in quamplurimis deuiare a textus Arabici continentia.

Quo uero amplius inspiebam prefate translationis stilum procedendique modum et ordinem ac substantialia libri, eo magis suspicio se ingerebat non esse ueram, quod ipse agnoui accepto ex Hispania testimonio, uisis ibidem certis, quas mandaueram, Alchurani membranas.

Celebrioris inter sarracenos regni Castelle, Iça Gidelli, Alphaquinus Segobiensis,... quatenus magister ipse, opus, ad quod accesserat uocatus, impleret, translationem facturus libri Alchurani Arabico ydeomati et textui conformem, absque glosis, limitationibus, expositionibus quoque insertis textui, sed et quasdam breues certe admodum rarasque in marginibus addidit pro quorundam uocabulorum annotatione.

Quo igitur meliori uisum est modo, translationem feci de hispanico in Latinum sermonem. Cognoui equidem aperte translationem primam defectuosam in multis, et in librorum numeratione, psalmorum quoque.

In hiis quinque deficit translatio illa prima, non facta in ea librorum distributione, nec uera computatione psalmorum uersuum ... Sunt profecto alii maioris nocumenti defectus, nec, nisi mutata libri substantia, corrigibiles.

Propter quod, semper ac magis percepi quanta foret necessitas habendi translationem ueram quam ille sic promiserat facere dum primo fuit requisitus in Hispania, professus transferre Alchuranum "*de pe a pa*", quod lingua sonat Hispanica de uerbo ad uerbum. Utque ipsum manifeste omnibus pateret, in una linea Arabicum, in alia uero positum est ydeoma Hispanum, una pre alia, nisi in ualde paucissimis nichil amplius continente.

Interea tamen, ne forte periret casu, et quia uolumen illud magnum, duabus scriptum linguis, Arabica et Hispanica, cum illo persepe uterer absque ligatura omnino deteriorabatur, translationem ipsam Latinam, rubeis literis, in medio linearum Hispani ydeomatis scribi feci.

10.2.2.-

TEXTOS CIENTÍFICOS

10.2.2.- CALENDARIO DE CÓRDOBA

El Calendario de Córdoba es uno de los textos más interesantes de colaboración en la España medieval entre la cultura de tradición romano-latina y la nueva cultura y ciencia árabe llegada a la Península Ibérica. En la Córdoba califal de la segunda mitad del siglo X, durante el reinado de al-Hakan II (861-976), cristianos y musulmanes ponen en común intereses y conocimientos, y componen este interesante calendario, mezcla de indicaciones astronómicas, astrológicas, atmosféricas, medicinales, agrícolas, culturales, litúrgicas, etc. El Obispo cristiano Recemundo, también llamado Rabi b. Zayd, aporta la tradición romano eclesiástica, y el médico e historiador musulmán (m. 980) Arib b. Sad la tradición calendárica y científica árabe.

Del texto, redactado en árabe inicialmente, nos han llegado dos traducciones diversas al latín. En un primer tiempo, en el s. XI, fue traducido al latín en Toledo por Gerardo de Cremona. Esta traducción más rígida y cercana al original ha sido editada junto con el texto

árabe por Dozy (1961). La segunda traducción, anónima, en un latín más elaborado se encuentra en un manuscrito salido del Monasterio de San Juan de las Abadesas en el Pirineo catalán en el siglo XIII. Actualmente en el Archivo Catedral de Vic, *ms.* 167.

BIBLIOGRAFÍA: Ed.: R. Dozy, *Le Calendrier de Cordoue*. Nouvelle édition accompagnée d'une traduction française annotée par Ch. Pellat, Leiden, 1961. Est.: J. Martínez Gázquez y J. Samsó, *Una nueva traducción latina del Calendario de Córdoba. (siglo XIII)*, Barcelona, 1981.

INCIPIT LIBER REGIUS SIUE DESCRIPTIO TEMPORUM ANNI

Dicit compiler huius libelli. Codex ita ponitur memoria horarum et discrecionum anni numerique mensium atque dierum eius atque cursus solaris in signis et mansionibus suis et diffinitionum ortuum solis et quantitatis descensus et ascensus eius et diversitatum umbre equationis eius, reuolucionum temporum et sequentie dierum cum cremento uel incremento ac distincionum hyemis et estatis et eorum mediocri equalique temperantia et horarum quaternarum distincionum temporum et numerorum dierum eorum secundum astrologos arithmeticos atque anticos phisiologos, qui tempora et naturas diffinierunt, licet in temporibus anni dissentiant, quorum controuersias in suo loco, Deo uolente, diiudicabimus. Continet etiam illarum rerum memoriam, quarum scientiam nemo sapiens ignorare debet, cum sit necessaria, id est, temporis quod sementi, plantationi uel cultui terre siue colligendi fructus seu annonas congregandi necnon initii in quo fructus maturari incipiunt uel quo tempore pecora pariant et cetera humane commoditatis atque prosperitatis uel que tempora sint eorum corporibus purgandis pocione et fluebotomo, que hore sint congrue ad species et radices medicinales uel earum genera ad conficiendas medicinas et sirupa et antidota et electuaria in horis et temporibus suis, cognoscendi etiam uentorum mutaciones ac arbitrium antiquorum in nubibus et pluuiis, qui in talibus solliciti erant, ortum uel occasum stellarum in singulis considerantes, in cuius stelle ortu uel occasu pluuiam uel serenitas indicaretur, ad quod satis prompti precipue Arabes esse potuerunt, quibus palantibus absque domo solum celum erat tectum tante quippe consideracionis speculacionisque ac studii fuerunt, quod probauerunt horas nubium et pluue secundum mutationes stellarum ab ortu ad occasum asserentes esse impossibile, quin occasus uniuscuiusque stelle aut pluuiam aut uentum aut frigus aut calorem protendat tantum accasum in hoc absque ortu obseruantes.

10.2.2.2.-

DE VITA GERARDI CREMONENSI

(APÉNDICE DE LOS DISCÍPULOS DE GERARDO DE CREMONA (1114-1187) A LA TRADUCCIÓN DEL *PANTEGNI* DE GALENO)

Sobre los treinta años se estableció en Toledo, donde permaneció hasta su muerte. Debió ser en esa misma ciudad donde aprendió árabe para poder entender y traducir los textos

de ciencia. Fruto de su actividad es la magnífica tarea de traducción, que realizó junto a sus discípulos, de setenta y un textos de obras científicas, el mayor número de obras traducidas del árabe al latín, en el campo de la ciencia en el s. XII. Así, nos ha hecho asequibles obras de Aristóteles, las de lógica y filosofía natural. También centró su atención en obras de medicina, y gracias a su trabajo se pudo profundizar en el conocimiento de los postulados galénicos, merced a sus traducciones de *De complexionibus*, *De criticis diebus*, así como también mejorar las traducciones realizadas por Constantino el Africano para la Escuela Salernitana del *Tegni* o *Pantegni*. Autor también de la traducción de la obra de Isaac Israelí *Liber de diffinitionibus*, del *Chirurgie* de Albucasis, de diversas obras de Rhazes, y del *Canon Medicinae* de Avicena, seguramente su traducción más difundida. Asimismo su interés por las ciencias en general le llevó a traducir el *Almagestum* de Ptolomeo.

El fragmento que ofrecemos en la presente antología es un apéndice redactado por sus discípulos a la traducción del *Pantegni* de Galeno. Creemos que es ilustrativo respecto a la figura de Gerardo de Cremona, tanto humana como profesionalmente.

BIBLIOGRAFÍA: Ed.: F. Wüstenfeld, *Die Übersetzungen Arabischer Werke in das Lateinische zeit dem XI. Jahrhundert*. Göttingen 1877 57-58 apud J. S. Gil *La Escuela de traductores de Toledo y sus colaboradores judíos*. Toledo 1985 43-44. Est.: Ch. Burnett, "The Coherence of the Arabic- latin Translation Program in Toledo in the Twelfth Century", *Science in Context*, (t. 14), Berlin, 2001. P. Pizzamiglio, ed., *Gerardo de Cremona*, Cremona, 1989.

DE VITA GERARDI CREMONENSIS

Sicut lucerna relucens in abscondito non est ponenda nec sub modio sed supra candelabrum locanda: sic nec splendida facta bonorum velut sub pigra taciturnitate sepulta sunt reticenda, sed auribus modernorum presentanda, cum virtutis ianuam sequentibus aperiant et antiquorum exempla quasi vite ymaginem oculis presentium digna commemoratione insinuent. Ne igitur magister Girardus Cremonensis sub taciturnitatis tenebris lateat, ne fame gratiam quam meruit amittat, ne per presumptuosam rapinam libris ab ipse translatis titulus infigatur alienus presertim cum nulli eorum nomen suum inscripsisset, cuncta opera ab eodem translata tam de dialectica quam de geometria, tam de astrologia quam de philosophia, tam etiam de phisica quam de aliis scientiis, in fine hujus tegni novissimo ab eo translati imitando Galenum in commemoratione suorum librorum in fine ejusdem per socios ipsius diligentissime fuerunt enumerata, ut in aliquis intentionum ipsorum amator de eis aliquid optaverit, per hanc inscriptionem cicius inveniatur et de eo securior fiat, licet enim fame gloriam spreverit, licet favorabiles laudes et vanas seculi pompas fugerit, licet nomen suum nubes et inania captando nollet dilatari, fructus tamen operum ejus per secula redolens probitatem ipsius enunciat atque declarat. Is etiam cum bonis floreret temporalibus, bonorum tamen affluentia vel absentia ejus animum nec extulit nec depressit, sed viriliter duplicem occursum fortune patiens semper in eodem statu constantie permanebat. Carnis desiderii inimicando solis spiritualibus adherebat. Cunctis etiam

presentibus atque futuris prodesse laborabat non inmemor illius Ptolomei: cum fini appropinquas bonum cum augmento operare. Et cum ab ipsius infantie cunabulis in gremiis philosophie educatus esset et ad cuiuslibet partes ipsius notitiam secundum latinorum studium pervenisset, amore tamen almagesti, quem apud latinos minime reperiit, Toletum perrexit. Ubi librorum cuiusque facultatis habundantiam in arabico cernens et latinorum penurie de ipsis quam noverat miserans, amore transferendi linguam edidicit arabicam. Et sic de utroque de scientia videlicet et de ydiomate confisus, quemadmodum Hametus in epistola sua de proportionem et proportionalitate refert: Oportet ut interpres preter excellentiam quam adeptus est ex notitia lingue de qua et in quam transfert, artis quam transfert scientiam habeat, more prudentis qui viridia prata perlustrans coronam de floribus non de omnibus sed de pulcrioribus connectit, scripturam revolvit arabicam. De qua plurimum facultatum libros quoscumque valuerit elegantiores latinati tamquam dilecte heredi planius ac intelligibilius quo ei possibile fuit, usque ad finem vite transmittere non cessavit. Viam autem carnis ingressus est anno vite sue LXXIII in anno domini nostri Jhesu Christi MCLXXXVII.

10.2.2.3.-

AVICENA (980-1037)

Abn alí Al Hossain Ibn Abdallah Ibn Sina, cuyo nombre queda abreviado en latín como Avicenna, nace en Kharmaiten y muere en Hamadan, al norte de Persia. Su vida está documentada en la en el libro *Vida de Avicena*, escrita por su discípulo Sorsanus, y publicada en latín. La vida de Avicena está muy influida por la educación recibida por su hermano, gobernador de una ciudad que se hallaba en el área de influencia de Nuh ibn Mansur, sultán de de Bukkara. Así, desde pequeño se ejercitó en el estudio del Corán, y a las diez años ya lo había memorizado, como también había aprendido la lengua árabe. A los trece años empezó sus estudios de medicina y ya a los dieciséis trataba pacientes. Aunque no descuidó otros ámbitos de conocimiento como la lógica y la metafísica. La gran biblioteca de los Samánidas le permitió investigar en numerosas fuentes.

Su obra sobre medicina, el *Liber Canonis* o *Canon medicinae*, tiene una extraordinaria difusión desde el momento mismo de su composición. Fue traducida al latín un siglo después por Gerardo de Cremona (1114-1187), en Toledo, convirtiéndose desde muy pronto en el manual de referencia de las incipientes escuelas de medicina europeas, Bolonia, Padua, Montpellier..., y siguió siendo la mayor autoridad en medicina, tanto en Europa como en Asia hasta finales del s. XVIII.

El *Liber Canonis* consta de cinco libros. El primero trata de la fisiología humana, patología más frecuente. Dieta y prevención. El segundo presenta una parte en la que trata cómo determinar la naturaleza de los remedios. En una segunda, Avicena nos presenta un listado de

medicamentos simples y compuestos, en total 760. El tercer libro trata sobre síntomas, diagnóstico y tratamiento de las enfermedades. El cuarto versa sobre enfermedades generales. El quinto, sobre la preparación de remedios, pesos y medidas.

El fragmento que presentamos pertenece al libro I. Tiene como particularidad la fuente de donde está tomado, pues ya decíamos antes que la obra del persa fue extremadamente difundida. Esa fuente es el *Codex Miscel.lani*³ del *Arxiu de les Set Claus*⁴. En él se recogen copias, tanto de documentos como de libros, todo en una única encuadernación, posiblemente del s. XVII. Entre otros fragmentos de obras se encuentra precisamente uno pequeño de un tratado de medicina en latín que fue identificado por el profesor José Martínez Gázquez y por la Sra. Susana Vela Palomares, como perteneciente al *Canon* de Avicena.

BIBLIOGRAFÍA: Ed. J. Martínez Gázquez y S. Vela Palomares, “Un fragmento del *Canon Medicinae* en el ms. 1 de los Aarcgivos Nacionales de Andorra”, *Faventia*, 17/2 , 1995, 77-94.

LIBER CANONIS

Lib. I, fen secunda, capitulum II. De diuisione disposicionum corporis humani et de generibus egritudinum.

Corporis humani dispositiones secundum Aly sunt tres. Sanitas que est dispositio per quam corpus homini in sui complexione et compositione tale existet ut ex eo operationes eius omnes prouient incolumes. Et egritudo que est indispositio in corpore hominis huic contraria et dispositio, que est apud eum neque sanitas neque egritudo aut ideo quod non est sanitas in ultio aut egritudo in ultio quem ad modum corpora senum et conualescencium et puerorum aut ideo quod ambers in uno tempore in duobus sunt copulatae emmbris aut in un membro sed in duobus generibus remotis sicut qui est in complexione sanus et in compositione eger exempli causa, aut in unomembro duo generum propinquorum sicut qui est sanus in figura et non sanus in quantitate et situ, aut qui est sanus in duabus qualitatibus passiuis et non sanus in duabus qualitatibus actiuis, aut uicissitudine duarum rerum in duobus temporibus sicut quisanatur in uere. Egritudinem uero alie sunt que sunt simplices alie sunt que sunt composite. Simples autem sunt que sunt una speciebus egritudinis complexionis aut una ex speciebus egritudinis compositionibus quam postea nominabimus. Composite uero sunt in quibus due species autplures contingunt ex quibus una componitur egritudo. Incipiemus igitur prius locui de egritudinibus simplicibus et dicemus quod egritudo (¿?) simplicium genera sunt tria. Primum est genus egritudinum que membris comparantur quorum partes sunt similes et sunt male complexionis species, et ipse quidem non sunt comparate membris quorum partes sunt similes, nisi ideo quod in primis et essencialiter partibus accidunt similibus et per eas membris accidunt compositionis ita ut possibile sit imaginari eas comprehensas et repertas esse in quocumque

³ Signatura ASC, ms. 1, que se halla en la actualidad en en el Arxiu Històric Nacional d' Andorra.

⁴ Casa de la Vall, en Andorra la Vella.

mebrorum uolueris quorum partes sunt similes et non incompositis. Et secundum genus est egritudinis membrorum officialium qui sunt egritudines compositionis que emebis compositis accidunt que ex membris componunt quorum partes simulantur. Membra autem officialia sunt operationum instrumenta. Et tertium est genus egritudinum communium que membris accidunt quorum partes simulantur et accidunt instrumentalibus in quanto sunt instrumentalia ita quod non sequatur eas instrumentalibus accidere propterea quod simplicibus acciderunt. Et he quidem sunt que continuatis solutio uocantur et inparis disolutio. Solutio. II. continuitatis plerumque accidit iuncture ita quod simplicibus membris ex quibus iunctura fuit composita nullo modo accidit. Et plerumque accidit uero aut ossi aut uenis solummodo. Et ad ultimum quidem egritudinum sunt genera. Egritudines que complexionis swquuntur maliciam <compositionis> ert egritudines que continuatis solummodum sequuntur et omnis egritudo que unam harum sequitur et per eam existit ei comparatur. Egritudines autem complexionum scite sunt .XVI. quas nominauimus.

10. 2.2.4.-

ABU SALT (s. XII)

La obra que nos ocupa se encuentra entre las versiones auténticas y seguras de obras árabes traducidas al latín por Arnau de Vilanova y que disfrutaron de una relativa difusión inicial, aunque no llegó a ser editada por la imprenta. J. A. Paniagua corrobora la identificación del autor de la obra original, hecha por Sarton, con el hispano-árabe Abu-l-Salt Umaiya ibn Abd al-Aziz, nacido en Denia y muerto en Túnez en 1134, quién junto a otras obras de filosofía y teología escribió este tratado sobre las medicinas simples, traducido al latín por Arnau de Vilanova y más tarde al hebreo por Jehuda Natan ben Salomo.

A través del análisis y la comparación entre el contenido del texto original árabe y el del texto latino podemos constatar que Arnau ha traducido lo fundamental de cada una de ellas, aunque recorta la información, más extensa en el texto árabe, que ofrece mayor abundancia de observaciones, mayor detalle en las fórmulas y dosis y una atención más detallada a los usos y aplicaciones que pueden tener las plantas.

Sorprende que la gran vacilación que se observa entre los manuscritos latinos al señalar las naturalezas de las plantas y los grados en que se dan éstas, esté igualmente presente en los manuscritos árabes, en los que también la transmisión ha dejado su huella en estas vacilaciones.

Arnau adapta las medidas árabes a las usadas en su tiempo, aunque aparecen diferencias entre los diversos *mss*.

BIBLIOGRAFIA: Ed.: M. McVaugh-J. Martínez Gázquez, *Translatio Libri Albuzale Arabici De Medicinis Simplicibus*, Barcelona, en prensa. Est.: J. A. Paniagua, "Las traducciones de textos médicos hechas del árabe al latín por el maestro Arnau de Vilanova", *Actas del XXVII Congreso Internacional de Historia de la Medicina*, Barcelona, 1981 vol. I, 321-326; = *Studia Arnaldiana*, Barcelona, 1994, 327-334.

DE MEDICINIS SIMPLICIBUS

INCIPIT LIBER ALBUZALE ARABICI DE MEDICINIS SIMPLICIBUS CONTRA MORBOS UNIUSCUIUSQUE MEMBRI ET TOTIUS CORPORIS. ET SUNT XX CAPITULA TRANSLATA A MAGISTRO ARNALDO DE VILLANOVA.

CAPITULUM PRIMUM. DE MEDICINIS SIMPLICIBUS MUNDIFICANTIBUS SANGUINEM.

1.1. IUIUBE sunt temperate, sed declinant aliquantulum ad caliditatem et humiditatem. Et dicunt quidam medicorum quod sunt frigide in primo gradu temperate inter humiditatem et siccitatem. Et quando comeduntur uel bibitur aqua decoctionis earum uiridium uel recensium reprimunt sanguinem acutum exuberantem et coleram rubeam et reprimunt humiditatem exuberantem sanguinis. Et quando bibitur eius aqua cum zuccara ualet calefactioni sanguinis adusti et illi qui non potest sustinere flebotomiam.

1.2. CASSIAFISTULA est temperata inter caliditatem et frigiditatem. Et est humida et lenit acumen sanguinis et reprimunt feruorem et uaporem ipsius et ualet apostematibus nascentibus ab eo et maxime illis que nascantur in gola. Et quando fit gargarismus de ea cum aqua uermicularis uel uue canine uel cum aqua uel succo coriandri uiridis purgat uentrem et intestina uel quando sumitur lenit uentrem et mundificat de colera rubea et squibala facit exire. Et etiam quando bibitur cum tamarindis purgat coleram rubeam. Et quando bibitur cum turbich purgat flegma. Et quando bibitur cum succo lactucarum et de uermiculari, ualet ycterice et apostematibus calidis epatis et maxime quando admiscetur ei aqua cuscute. Dosis eius est a quinque arens usque ad uiginti argens. Et melior est illa que est lucida et pinguis et est ponderosa et non sonat.

1.3. FUMUS TERRE calida in primo gradu siccus in secundo. Succus eius clarificat sanguinem turbidum, ualet scabiei et purigini et adustionibus colere et maxime quando de eo imbibuntur mirabolani citrini. Et maior uirtus est in semine quam in succo. Et debet elegi ille qui est uiridis. Et debet succus extrahi et depurari et postea bibatur cum zuccara. Dosis eius est a quarto, id est, usque ad libram semis cum decem argentes zuccari. Dosis de succo est usque ad decem argens et bulliatur et postea sumatur. Dosis de semine est quando est siccum et tritum de tribus argens usque ad quatuor et sumatur cum zuccara.

1.4. TAMARINDI sunt frigidi in tercio gradu sicci in secundo. Reprimunt acumen sanguinis et ualent in febribus acutis et inflammationibus acutis adurentibus quando accidunt, inde stupor et mortificatio et labor maximus et ualent multum febricitantibus et adustioni lingue in febribus. Et quando fit sirupus de eis ualet omnibus supradictis. Dosis eius est quod exprimatur et coletur et potest dari usque ad decem argens uel usque ad libram unam.

1.5. RIBEZEC, id est, acedula, frigida et sicca in secundo gradu. Reprimunt acumen sanguinis et ualet morpheæ rubeæ et apostematibus que fiunt de sanguine et hoc idem facit sirupus factus de tarengis albis et agresta.